HIEROCLIS STOICI PHILOSOPHI IN AUREA PYTHAGORAE CARMINA...

Hierocles : Alexandrinus, Wolfgang Angst, Pythagoras, ...

Digitized by Google

HIEROCLIS STOICI PHILOSOPHI in aurea Pythagoræ carmina Commentarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Vulphganus Angſt Lectori.

Pythagoram Samiũ,inter philoſophos clariſſimũ di-
ci,philoſophiciq; cognomenti primum repertorem fu
iſſe,nemo eſt qui non nouit.cuius chryſacia dogmata,
cum omnes ſapientiæ ſectatores celebrãt,in primiſq;
diuus Hieronymus in Ruffinum,tũ hic noſter Hiero-
cles Stoicus id ꝓfuſioribus verbis peragit.Cuius cõ-
mentaria non multũ a Chriſtiano ritu abhorrẽtia,nec
ãtea in Germania excuſa,meo hortatu Mathias Schu
rerius ,hõ ſyncera fide plenus,& huiuſmodi rebus de
ditus,in publicũ ꝓdire fecit.ſperans te ſtudioſe lector
vtriuſq; conatũ,hortãdo meũ,eius ꝑficiẽdo,nõ impro
baturũ,p̃cipue vbi volueris noſtrã operã cõferre eorũ
auiditati,q vno alterove triuiali libellulo,& vix aliquo
tituli honore digno,ter quater excutiẽdo,Crœſi diuiti
as,aut Midæ opulentiã ſperare audẽt,ꝑfecto nos,non
ſolũ omni arrogãtiæ & cupiditatis ſuſpitõe liberabis,
verũ laudi gloriæq; auxiliãtibus reip.literariæ,haud ꝑ
trita publicãdo,ꝑſtabis.Sed hæc alias.Nũc p̃cor hos
Hieroclis cõmentarios hilari fronte ſuſcipias.qbꝫ qua
ſi corolariũ q̃ddam,& ꝓpoſuimus alterius cuiuſdã nõ
improbati autoris in eoſdẽ ỽſus interꝑtatiõem,q̃ ſe-
quẽtibꝫ lucidiorẽ p̃bebit intellectũ,& anneximus eiuſ
dẽ Pythagoræ Symbola,ne carta vacua falleret empto
rẽ.At iãiam p̄lũ noſtrũ,formãdo Aemiliũ Probũ de vi
tis excellentiũ Imperatorũ fatigat.quẽ etiam ſtudioſis
immodice ꝓdeſſe putamus.poſt hũc & alij nõ inſulſę
lectionis auctores,Ieſu fauente,in vulgus ꝓdibunt.
Tu interim bone lector,viue,Vale,ac ſpem ſume,nũ
q̃ em̃ tuã opinionẽ noſtra fallet affirmatio.Ex ædibus
Schurerianis,VIII.Kl.Martias.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PYTHAGORAE PHILOSO PHI AVREA VERBA.

i Mmortales primum deos,vt leges iubent,honora,Iuſiurandum cole,deinde beatos heroes. Terreſtres poſtea dęmones. Quę lege inſtituta ſunt, ſerua. Honora parentes,atq; propinquos. Ex alijs hominibus illum tibi amicum facias,qui ſit virtute præſtantior. Cede mitibus verbis,operibuſq; vtilibus. Ne amicum tuum erroris exigui cauſa aduerſum tibi reddas,feras q̃ad poſſis. Poteſtas aũt iuxta neceſſitatẽ habitat. Hæc ita conſydera. ab ijs autem abſtine a ventre primum,ſomno deinde,luxuriaq;,& ira. Nihil turpe committas,neq; coram alijs,neq; tecũ. Maxime omnium verere teipſum. Iuſticiã exerce,verbo ſimul & opere. Conſueſce nihil ſine ratione facere. Scito mortẽ fato eſſe omnibus inſtitutam. Pecuniam in tempore cumulare. & rurſus cum res poſtulat,erogare diſcito. Eorum,quæ fortuitis caſibus aduerſa contingunt hominibus,quamcunq; ſortem habueris,ſine perturbatione feras. Mederi oportet quoad poſſis. Scito non multa ex ijs fortunam hominibus bonis afferre. Multi varijq; ſermones,partim boni,partim mali vulgo circumferuntur,quibus ne mouearis,neq; te coherceri ꝑmittas. Si quid vero falſum dicatᷣ,moderate feras. Quod tibi nunc dico omnino ꝑficito. Nemo te,aut agendo.

Digitized by Google

aut dicendo ad id inducat, quod tibi non ſit melius. Conſule ante opus, ne quid temere agas. Miſeri quippe hominis eſt, aliquid dicere, vel agere temere. Ne facias ea, quæ quandoq; te poſſint afficere pœnitentia. Quæ ignoraueris ne facias, ſed quantum neceſſe eſt diſce. Atq; ita viam iucundiſſimã tranſiges. Sanitatẽ corporis ne neglexeris, ſed menſuram cibo, potuiq;, & exercitationibus adhibe, menſuram vero illam dico, quæ nullis te moleſtijs afficiet. Puro & ſine delitijs victui conſueſce. Illa deuita quæ inuidiam concitant. Ne fortunæ bona præter opportunitatẽ effundas, neq; ſis illiberalis, mediocritas enim in om̃ibus optima. Ne feceris quæ te lædere poſſint. Ante opus conſidera. Ne te prius molli ſomno tradideris, q̃ diurna opa ter mẽte reuolueris. qua tranſiui? quid egi? qd q̃d agẽdum fuerit, prætermiſi? a primo incipiẽs, diſcurras ad reliqua. Cum turpe quid feceris, te ipſum crucia. Cum vero bona pfeceris, tibi congratulare. Hæc exercere, hæc meditari, hæc te amare oportet, hæc te in diuinæ virtutis veſtigijs collocabunt per eum, qui animo noſtro quadruplicem fontem perpetuo fluentis naturæ tradidit. Exi ad opus, cum dijs voueris. Nam iſta ſi tenebis, cognoſces immortaliũ deorum, mortaliumve hominũ conditionem, qua procedunt, & continentur omnia. Cognoſces quantum fas eſt, natura circa om̃ia

ſimilem.ne te ſperare contingat,quæ ſperãda nõ ſunt, neq; te quicq; lateat.Cognoſces homines,cum ſuorũ ſint malorum cauſa miſeros eſſe.Qui bona,quæ prope ſunt,nec vident,nec audiunt.Solutionem vero malorum pauci admodum intelligunt.Tale fatum lædit mentes hominum,qui reuolutõnibus quibuſdam ex alijs ad alia feruntur,infinitis malis obnoxij lætifera diſcordia inſita latenter obeſt.eam tu cedendo deuita, & poſtq; venerit,ne exaugeas.O Iuppiter pater, vel a malis homines libera,vel oſtende illis,quo dæmone vtantur.At tu confide,quoniam diuinũ genus hominum ineſt.his enim ſacra natura proferẽs vniuerſa demonſtrat.Quorum ſi quid tibi fuerit reuelatum,abſtinebis,ab ijs,a quibus abſtinendũ iubeo.Quod ſi medicinam adhibueris,animam ab his laboribus liberabis.Verum abſtine a mortalibus,quæ ſupra diximus in purgatione ſolutioneq; animæ.Recto iudicio conſidera ſingula.Optimam deinde ſentẽtiam tibi velut aurigam præpone.

Corpore depoſito cum liber ad æthera perges
Euades hominem,factus deus ætheris almi.

AD NICOLAVM PONTIFICEM. V. AVRISPAE IN HIEROCLEM PRAEFATIO.

Irabar ſæpe & quidnam cauſæ fuiſſet mecũ ipſe dubitabã, ꝙ neq; in literis, neq; in ędificijs hęc noſtra ætas maioribus reſponderet, ſed quæ ſcribebãtur aut ædificabãtur, multa deteriora antiq̃s illis & eſſent & viderentur. idq; partim hominũ negligẽtiæ, partim facultatibus, partim quod humana natura forte peior facta fuiſſet adſcribebam. Verum beatiſſime pater ita hæc tempora, fauore & virtutibus illuſtrata, ut admiratio & dubitatio illa a mente mea deciderit, & omnibus qui hæc cogitant manifeſtũ ſit. mira illa antiquorum ædificia & clara ingenia virtutem & benignitatẽ principum feciſſe. Videmus enim tot ſanctorum ędes tuo iuſſu, tuaq; impenſa, aut factas, aut reſtitutas, tot alia publica & priuata in vrbe ædificia, ut vix qui præſentes inſpeximus tot magna tam paruo tempore fieri potuiſſe credamus, quæ tam plura tam egregia ſunt, ut ſi quis de omnibus ſcribere velit, non paruo codice opus ſit, de quibus ſingulis ſi vbertati & elegãtię orationis meæ conſiderem, dicere pollicerer, & ſi pro cupiditate fecero, dicam omnia. Cupio equidem vitam omnem tuam ſcribere. quod ſi audeam temeritatem potius meam accuſatum iri, cum ſigno beniuolentiæ & charitatis volam, ꝙ tam magna auſus fuerim, q̃ ſecuram taciturnitatem non reprehendi. Sed hoc aliq̃s fortaſſis vberius & magis eloquẽter explebit. Nam inter tot doctos viros quibus plurimum benefeciſti, aliquis certe gratus eſſe debebit, qui geſta & vitam oẽm tuam ſcribat. Quippe qui argumentũ varijs, magniſq; virtutibus plenum habebit. Studia enim omnis gene-

ris literarum tantum per hæc tempora creuerunt,ut ꝑ octingentos ante annos nullus tam magnus numerus,aut ſcriptorum,aut tranſferentium fuerit.In quo non ſolum præſentes tibi maxime obligantur,ſed etiam præteriti homines,& futuri,præteriti ꝙ eorum famam mori non ꝑmiſiſti,futuri ꝙ vnde meliores fiunt habebũt.Nã p̃clara q̃dã opera incuria & negligentia eoꝝ q ſex cẽtis ãnis citra fuerũt iã deꝑdita magno ſtudio ꝑquiri feciſti.Quippe q diuerſos nũcios ꝑ diuerſas mũdi ꝑtes ad libros ꝑquirẽdos tã grecos q̃ latinos tua impẽſa miſiſti.Ego vero qui te ſꝑ magnifeci,amaui & colui,quiq; beniuolentia non mercede ductus tibi in minoribus exiſtenti aliqua traduxi,tuoq; nomini adſcripſi,quum Venetijs eſſem tuo iuſſu libros aliquot græcos emi,inter quos repperi Hieroclem ſuper verſibus Pythagoræ aureis appellatis.In quibus oĩs Pythagoreoꝝ philoſopſophia continetur,tantaq; in eis eſt doctrina,tanta legenti vtilitas,ut octogenarius iam nihil ego aut græce,aut latine legerim,quod magis mihi profuiſſe intelligam.Parum enim aut nihil vbi miracula non fuerunt,a fide chriſtiana differt.hoc opuſculum latinum feci,& nomini ſanctitatis tuæ dedicaui,oroq; ut ſemel legas.Nam q̃uis ita doctus,ita omni virtutum genere præditus ſis,ut neq; doctrinę neq; virtuti tuæ quicq̃ addi poſſit,placebit nihilominus legere ea quæ ſententiã tuam confirmabunt.verſus vero græcos non verſus latinos feci,ſed verbum e verbo expreſſi,ut in exponendo poſtea verba non variarentur & reſponderent,& in græco etiam ſillabarũ quantitas,ut in heroicis fieri ſolet,nõ eſt ſeruata.Rem ẽm Pythagorei queſiuerũt & vtilitatem,nõ verba.

Digitized by Google

HIEROCLIS PHILOSOPHI STOICI ET SANCTISSIMI IN AVREOS VERSVS PYTHAGORAE OPVSCVLVM PRAESTANTISSIMVM RELIGIONI CHRISTIANAE CONSENTANEVM INCIPIT.

APIENTIAE STVDIVM EST; quod in purgatõe & ꝑfectõe humanæ vitæ ꝟſatur. Purgamur em̄ ꝑ philoſophiā hac noſtra terrena ignorantia & mortalis corporis ſpecie. ꝑ Philoſophiā quoq; ad ꝑfectõnem venimus, qua ꝓprium & innatū nobis vigorē aſſumentes, ad ſimilitudinē dei traducimur, atq; hæc duo ꝟtus maxime operant̄ & veritas. Virtus q̄dē irrationabilē vehemētiā ꝑturbationū animi extrudit. Veritas diuinā ſpēm quā ex natura ſecū habet, reaſſumit. Oportet igit̄ ad hanc artē, quæ nos & ꝑfectos & purgatos factura eſt, regulas quaſdā habere breuiter determinatas, tanq; cauſas quaſdā artificioſas, vt ordine & ꝑ compendiū ad ꝑfectæ vitæ finē ꝓcedamus. Harꝝ regularꝝ q̄ omnē philoſophiā cõtinent, Pythagoræ ꝟſus aureos vocatos oportune & decēter in primis ponere poſſumus. Continēt em̄ totius philoſophię tā quę in exercitio, q̄ quæ in cõſideratõe ꝟſant̄ p̄cepta, & inſtituta, q̄bus ꝟtutē adipiſci poterimus & veritatē, & noſmetipſos purgatos faciētes ad ſimilitudinem dei fœlices eſſe. & vt Thimeus Platonis diligens p̄ce

B

Digitized by Google

ptorum Pythagoræ magiſter dicit, ſani atq̃ integri facti ad primæ ſpeciei habitũ ꝑuenire. Ad primũ q̃dem ciuilis ꝟtutis ꝓponit ꝓcepta. Primũ eñ ignorãtia nos purgare oportet & deſidia. Poſtea rerꝫ diuinarꝫ ſcientiã inferre. Nam ut oculus lippoſus & immũdus res nimiũ lucẽtes diſcernere nõ poteſt, ita animus noſter niſi ꝟtute ꝑditus, pulchritudinẽ veritatis cõſpicere neq̃t, quũ vitiatũ, purꝫ attingere nefas ſit. Eſt ergo ciuilis philoſophia quæ ꝟtutem gignit. Inſpectiua ꝟo q̃ veritatẽ. Itaq̃ in ipſis Pythagoræ ꝟſibus ciuilẽ philoſophiã humanã ꝟtutẽ, Inſpectiuã diuinã inuenimus appellatã. Quare quũ in ꝟſibus Pythagoræ de philoſophia ciuili dictũ fuiſſet ſubiũctum eſt.

Hæc facias, hæc iura, iſtæc cupijſſe neceſſum eſt.
Hæc te virtutis diuæ ad veſtigia ponent

Primo eñ hominẽ fieri oportet, & tũc ex hoĩe in deũ mutari. Ac ꝟtutes ciuiles hoĩem bonũ cõſtituũt, artes ꝟo quæ viã ad deitatẽ ꝓſtat, deũ ex hoĩe faciũt. Nã ijs q̃ aſcendere volũt, parua magnis ex ordine ꝓponunt̃. Quamobrẽ in ijs q̃ ad hominũ doctrinã Pythagoras ſcripturę liquit, virtutũ ciuiliũ ꝓcepta primo in ſuis verſibus tradit, docens nos ab optimo in hac vita viuendi vſu facilẽ ad diuinã illã ſimilitudinẽ dei aſcenſũ fore. & hanc orõnis ſuæ intentõem & hũc ordinẽ ante oĩs alias lectões philoſophãdi formã audientibus affert. verſus ꝟo ea rõne aurei appellant̃, qm̃ vt hi ꝟſus inter cæteros optimi ſunt & diuini, Sic aurꝫ in rebus humanis optimũ appellamus a ſimilitudine metallorꝫ, differentiã morꝫ capientes. Eſt q̃dem aurꝫ purꝫ, & terrę nõ admixtũ, qualia ſunt huic confinia, argentũ, æs, ferrũ, inter quæ naturaliter aurꝫ ſuꝑexcellit, quod ſolum ex

metallis rubiginē nō accipit. Illa eē quantū terræ participia ſunt, tantū in rubiginē mutanť. Terrena igitur materia vitiū capiente ꝓbatū & mundū genus, & omino totius malitiæ expertē vitā reddēs, cōuenienter aureū appellať. Sic quoqꝫ & hi ꝟſus omni vndiqꝫ ꝟtute pleni aurei ſcribunť, & diuini appellanť. Non eē hoc ꝓbum hocimprobū habēt, ut in qbuſdā alijs reperiť, ſed oēs ſimul optimos oſtēdunt mores, & ad ſimilitudinē dei nō cōducūt. & Pythagoreæ philoſophiæ finalem intentōem aperiūt, ut in vniuſcuiuſqꝫ declaratiōe clare oſtendeť, & primo a primis initiū capiamus.

IN PRIMIS VENERARE DEOS VT LEGE DISPOSITI SVNT IMMORTALES.

c Vm omniū ꝟtutū dux ſit religio, qua media ad deū eſt aſcēſus, decēter Pythagoras in ſuis ꝟſibus ab ipā religione p̄ceptū dare incœpit, quo pacto oporteat modeſtos deos ſecd'm ordinē illis exiſtentē honorare, quē ordinē deus ille ſummus rerꝫ oīm factor ſimul ipſorꝫ ſubſtātiæ adegit, quorꝫ aliqs firmauit, & ordinauit, in prima ſphera, alios in ſecūda, & in tertia alios, & ſic cōſequēter vſqꝫ oīm cœleſtium completōem. Nam ut ſunt ab eorꝫ factore, & patre ordinati, ita eos intelligere & honorare hominū eſt diuinæ legi obtemperantiū, & oīno ipſis honorē reddētiū, q neqꝫ ſup excedāt in eorꝫ dignitate, neqꝫ deficiant circa illos intelligēdo, ſed ita eos ponāt, & intelligant ut ſunt, & eū ordinē habere ſciāt, quē acceperūt, quæ lex vult & iubet ab oībus veneratōnem & grās referri ad primū ipſorꝫ opificē ſolū deū, quē deū deorꝫ qs ꝓprie appellare p̄t. & deorꝫ ſummū atqꝫ optimū. hæc aūt appellatio, & hæc dignitas rerum oīm factori & optimo

artifici deo, ſolum tribuēda eſt, ſi ipſm deorꝫ cauſam & immutabiliū ſubſtantiarꝫ factorē credimus. eos igitur nunc immortales deos appellauit in ſuo ꝟſu Pythagoras, q ſemꝑ & eodē mō opificē deū intelligūt. & ſꝑ ad illius gloriā ordinati ab illo eſſe, & bene eſſe optime inſeꝑabiliter & immutabil'r accipientes, ut primæ cauſæ ſimulachra ſine affectōe exiſtūt, & ſine ꝑturbatiōe. talia em̄ decet ſimulachra ſui ipſius conſtituiſſe & nō mutabilia. & lapſu ad malitiā paſſioni ſubiecta, q̄les ſunt hominū animi, q ex oībus quæ rōne vtuntur naturis vltimū & minus ꝓbatū genus ſunt, ut ſummū & ꝓbatiſſimū deorꝫ immortaliū dictū eſt genus, hi vero ad differentiā animarꝫ humanarꝫ immortales dei appellati ſunt, tanq̄ꝫ diuinā beneuiuēdi vitā nō amittētes, nec vnq̄ꝫ ꝓpria ſubſtātiæ, neq̄ꝫ patres eorꝫ benignitatis obliuiſcētes, q̄bus q̄dem paſſionibus humanus animus ſubiectus eſt. Nam mō deū intelligit, & ſuam dignitatē recipit, nonnunq̄ꝫ ab illis decidit, quaſi mortales dei recte animi hominū appellanť, q̄a illā bene viuendi vitā q̄nq̄ꝫ a deo diſcedentes amittūt, & iterꝫ ad deū redeūtes reuiuiſcūt. & hoc modo diuinā vitam viuunt. Illo quoq̄ꝫ modo moriētes quantum immortalis ſubſtātia factū mortis ſortiri poteſt, nō q̄ intereat, ſed q̄ a forma beneuiuēdi deciderit. Mors enim eſt animi impietas & ignorātia, quæ immēſas in vita hominū gignunt paſſiones. Nam q meliora ignorat, peiorib⁹ ſeruire neceſſe eſt, a q̄bus liberari nō aliter q̄s poteſt, niſi ꝑ recordatōem intelligendo reducať ad deū. Inter hos aūt quos immortales diximus, neceſſe ē aliquod eſſe magis honore dignū, q̄ꝫ homo ſit, & deo inferius, q̄d q̄dem eius mediocritate vtriuſq̄ꝫ generis extrema at-

tingit. Itaq; primum illud ĩmortaliũ genus totũ quod ſibi a diuina potẽtia infundit, ſibi adiũgit, & bñ cõtinet. Atq; hoc mediũ deũ nõ ignorat, & ſemp neq; mutabilẽ atq; eandẽ dei intelligentiã habet. Nam & ſi ſp intelligat, aliter atq; aliter ſupaddẽs dominatõem accipit, & augumentũ, atq; in hoc q ſemp intelligat ſupperauit hominũ genus, q vero non immobiliter & non ſemp eodẽ modo intelligat, minus eſt q̃ deorum genus. Itaq; mediũ exiſtit quod neq; p pfectõem hominũ genus excludit, neq; p negligentiã fit deoꝝ genere deterius, ſed prima, ſecũda, & tertia deus ĩpe rerũ omnium factor conſtituit, quæ natura adinuicem differrẽt, nõ tamẽ adinuicẽ confuſa, neq; ordinẽ ꝟtute aut vitio mutantia. Nam quũ p ſubſtantiã ſemp maneant, ordine nihilominus illis ſupueniente p genera diuidunt, ut a primis cauſis æque ordinata ſunt. vt eñ ibi prima & media & vltima totius ſapiẽtiæ ordo continet. hæc eñ rõne ſapientia eſt, quoniã quod facit, apte & ordinate fini cõducit, itaq; ſimul conueniũt ſapiẽtia, ordo, & finis. Sic & in hoc quod totũ eſt ea quæ facta ſunt ad primã dei intelligentiã, prima certe erũt in mundo, quæ ad mediã, media quę vſq; terminũ intelligentiaꝝ adierint, vltima in naturis rõne vtentibus ſunt. Eſt aũt oẽ rõnale ornamẽtũ cũ innato ſibi corpe incorruptibili ſimulacꝝ opificis dei. Itaq; illius ſũmitatis ĩcorruptũ & ĩmortale ſimulacꝝ collocatũ prĩo loco ẽ. Mediocritatis ꝟo illius ſimulacꝝ hic in medio ẽ. Extremę ꝟo illi⁹ deitatis ſimulacꝝ in naturis rõe vtẽtibus, tertiũ & vltimũ eſt. Hoꝝ aũt triũ generꝝ, p primũ quidẽ deos immortales Pythagoras oſtẽdit, p mediũ heroes claros, p vltimũ dæmones ſubterraneos, ut rem quandã par

uam intelligimus. Nunc vero ad prima redeamus, q̄ eſt lex: & qui ſcd'm ipam legē ordo: quive ſcd'm ipm ordinē tribuendus honor. Lex qdem eſt ipē opifex in tellectus & dei volūtas, q̄ perenniter manens cūcta pagit, & ad ppetuitatē cōſeruat. ordo quoq; iuſtus & aptus a rer; omniū parente & opifice aduenięs eor; alios conſtituit primos, alios ſecūdos. Nam & ſi inter omīa quæ rōne vtunt̄ mūdi ornamenta ſummitatem ſortiti ſint, diuerſa nihilo minus adinuicē ſunt, qppe q̄ alia alijs plus diuinitatis pticipant. Argumentū aūt & ſignū eor; excellentiæ & diuinatōis cœleſtiū ſperar; ordo, qui ſcd'm ſubſtantiā & potētiā locū ſibi accepit tā q̄ eor; exiſtentiæ lex & ordo ſimul eſſent innati. Nō em̄ caſu aut fortuna facti diuiſi poſtea & terminati locis ſunt. Sed ordinati prius ad exiſtentiā venerūt, veluti ſi totū celū vnum animal eſſet, & diuerſas ptes haberet, quæ adinuicē ſtatutū ordinē p ſpeciem in diſtātia & ppinqtate cōſeruēt. Mutatio em̄ ipor; ſitus ſine omniū rer; deſtructōne & pditōne euenire nō poſſet, quā accidere non eſt poſſibile. Eſt aūt prima ipſorum cauſa omnino immutabilis & immobilis, quæ in operādo eandē habet ſubſtantiā & bonitatē nō adiectam ſed p ſeipām, & ex ſeipſa ſubſiſtentē, omnia ad bene eſſe pducens. Cauſa v̄o rer; omniū creatōis deo nulla alia rōalis eſt niſi ſubſtātialis bonitate. Eſt qdem naturaliter bonus. Bono v̄o naturaliter nulla vnq̄ de re aliqua ineſſe poteſt inuidia. Cauſæ quoq; huiuſmodi generatōis quę p̄ter bonitatē dicunt̄, humanæ cōdictioni potius q̄ deo cōueniunt. Nam quū naturaliter deus bonus ſit, ea q̄ magis ſibi ſimilia ſunt pduxit. Secūdo quoq; quæ mediocrem ſimilitudinē erga ipum ha

bent. Tertio & vltimo, ex omnibus quæ ſibi ſimilant̃ ea quæ ad dei ſimilitudinẽ magis remiſſa ſunt & remota. Subſtãtiæ etiã rerꝫ factarꝫ ordo cõcurrit. Itaqꝫ id q̃d melius naturał'r eſt, in totis generibus an̄poni debet et in ijs quæ ad quodlibet genus ꝑ ſpẽm fundamentum & ſubiectũ habẽt. Non em̃ ex fortuna mũdo ordinem deus dedit, neqꝫ electiõe mutabili, ſed certis legibus q̃ differũt, ꝓduxit, & æquũ ordinẽ naturarꝫ dignitatib9 ꝑbuit. Quamobrẽ venerare deos, ut lege diſpoſiti, nõ ſolum de immortalibus dijs, ſed de claris heroibus & hominũ animis cõiter intelligendũ eſt. Eſt em̃ multitudo ſpecierꝫ in ſingulo genere ꝑ augmentũ & diminutõem ordinata. Talis q̃dem eſt natura ſubſtantiarꝫ rationabiliũ & ordo. Quæ ꝟo ſit lex & horꝫ cõueniẽs honor, iterꝫ dicimus ꝙ lex q̃dem eſt immutabilis dei opera quæ gignit eorꝫ genera, eaqꝫ perenniter ordinat & immutabiliter. honor ꝟo huic legi cõueniens, ẽ honoratorꝫ cognitio, & ad illã quantũ fieri poteſt aſſimilatio. Eũ em̃ quẽ q̃ſpiã amat, imitat̃ quãtũ ſibi poſſibile eſt. At deũ qui nihilo eget honoramus. nõ illi om̃ibus abũdanti dando. Sed ſi bona ab illo nobis porrecta ſuſcipiamus. nõ em̃ deum honorabis, ſi q̃d ſibi dederis, ſed ſi te dignum feceris, ut ab illo data ſuſcipias, nam ut Pythagorei dicũt. optime deũ veneraberis, ſi animo ſibi ſimilis fias. Is ꝟo qui deũ, ut egentẽ honorat, decipit̃, putat em̃ ſe deo meliorẽ & ditiorẽ fore. Neqꝫ magnificẽtia munerꝫ deo honorẽ facit, niſi puro & diuo ſpiritu porrigat̃. Nam dona & hoſtiæ ſtultorꝫ vaporis ignei ſunt cibus & ſacrilegis largitio. Mens em̃ ex diuino ſpiritu ducta & ſufficiẽter firmata adiungitur deo, ſimile em̃ ad eius ſimile accedere neceſſe eſt,

Digitized by Google

Quamobrem ſolus ſacerdos ſapiens appellat̃,ſolus em̃ eſt dei amator. Solus deo p̃ces effundere nouit. ſolus deũ honorare ſcit. qui dignitatẽ non cõfundit, qq́ in primis hoſtiã ſeip̃m ꝓducens ꝓpriam animã quaſi quoddã dei ſimulacꝛ ædificauit. Templũ quoq́ conſtruit, quũ eius mentẽ & intellectũ ita parat, vt diuinã lucem facile recipe poſſit. nam qd ex his rebus materialibus, q̃ in medio ſunt, afferre poteris, quo acceptũ aut ꝓprium deo ſimulacꝛ, aut donũ gratum eſſe q̃at, quod rationali & puro animo accidere neceſſe eſt. Vt em̃ ipſi idem viri dicũt, mũdatis animis locũ aptũ & ꝓpriũ in terris deus nõ habet, cui ſentẽtię Pythius Apollo cõcordat dicẽs. piis hoĩbus gaudeo tantũ quantum cœlo. Ille v̾o eſt pius & religioſus q diuinaꝝ reꝝ artẽ habet & eius ꝑfectõem tanq̃ honorẽ optimũ cauſę bonoꝝ oĩm, hoc eſt deo cũ ſtudio acq̃rendi offert, ac deũ qui natura benefactor eſt, rependit. & ut capacẽ accipiendi bona ſe faciat, eos honorat q ſemp ip̃a bona largiunt̃, qui v̾o deum aliter colere ꝓponit & honorẽ illi aliena, atq́ externa ſubſtãtia nõ ꝓpria virtute præſtat, deo acceptus non eſt. & talia neq́ prudenti viro grata ſunt, niſi cũ optima mẽte p̃beant̃, cui ſentẽtiæ & Apollinis dictũ ſatis cõſonũ eſt. Nam homini q centũ boues ſibi rem diuinã faciẽti mactarat, nõ tñ pia neq́ deuota mente. Et interrogãti quo pacto acceptauerit dona ſibi ab eo data, Reſpõdit Hermionis Dari magis eſt mihi grata placenta. tenuiſſimũ illud tantæ magnificentiæ p̃ponẽs, quoniã Hermion tenue eius munus p̃ſtare & charitate mẽtis ornauit, cũ qua oĩa deo grata & chara ſunt, et ſine qua nihil vnq̃ deo gratũ, acceptumq́ fuit. At de religione & erga deũ charitate ſatis

in preſenti dictũ eſt. Quum aũt lex, quæ omnia ordi-
nat & gubernat immutabili cuſtodia ſeruat̃, & huius
cuſtodiæ cuſtodẽ mos fuit antiquus occulto iuramen
to nominate decẽter & apte de iure iurando, ut cõſe-
quens hoc ſit ꝓceptũ tradit.

IVS IVRANDVM SERVA.

LEgem q̃dem ſuperiore libro oſtẽdimus opus
eſſe dei ſꝑ eodẽq; modo exiſtẽs quod æterne
& mutabiliter oĩa ad bene eſſe ꝓducit. Iuramẽ
tũ nũc conſequẽter dicimus eſſe cauſam ſeruantẽ oĩa
in ipa eadẽq; exiſtẽtia, & ita illa firmantẽ, ut iuramẽti
fide tenerent̃, & legis ordinem ſeruarẽt. Itaq; effectus
opificis legis eſt ordinẽ reꝝ creataꝝ nullo modo p̃teri
ri, aut falli poſſe. Nam ꝙ oĩa lege maneãt, ut cõſtituta
ſunt primũ opus eſt diuini iuramẽti, q̃ lex ab ijs quæ
ſꝑ deũ intelligũt, maxime & ſempꝑ ſeruat̃. ab ijs vero q̃
non intelligũt, nõnunq̃ ab intelligẽtia dei deſinũt. Iu-
ramentũ ſimiliter infringit̃ quũ ab illa dei intelligẽtia
ceſſant, & iteꝝ ſeruat̃ ab ijs cũ ad deũ reuertunt̃. Diui-
naꝝ eñ legum ſeruatio iuramentũ nũc appellat̃, quo
omnia quæ creata ſunt ad cognoſcẽdũ deũ, ſibi anne-
ctunt̃ & adaptant̃, quoꝝ aliqua q̃ ſempꝑ cum deo ſunt
ſempꝑ iuſiurandũ colũt & ſeruant, aliqua quæ nõnun
q̃ a deo diſcedũt, quod quum fit, impij ſunt, nõ ſolum
iuramentũ infringũt, ſed diuę legis ordinẽ, & diui iu-
ramenti fidem p̃termittũt. Tale q̃dem iuſiurandũ ge-
neribus quæ rõne vtunt̃ innatũ ab eoꝝ patre & facto
re traditũ eſt, & nequaq̃ p̃termittũt leges ab illo con-
ſtitutas & determinatas. Iuramentũ vero q̃d in rebus
humanis v̾ſat̃, illius veſtigium q̃ddam eſt, dirigẽs eos

qui ꝑ neceſſitate illo vtunt̃. Nã id quod dubiũ humane volũtati eſt, ad certitudinẽ reducit, & in ſua eadẽq; exiſtẽtia ꝑmanere circa res & ſermones facit. Eſt igit̃ iuſiurandũ in rebus diuinis, vt dictũ eſt, ꝙ p̃terita reſpicit, eadẽq; manifeſte oſtẽdit. Eſt & aliud in humanis, q̃d certitudinẽ futuroꝝ appetit. Quamobrẽ iuſiurandũ colere & obſeruare maxĩe cõuenit, vnũ q̃dẽ ꝑ ſubſtãtiam añ exiſtẽs, ad cuſtodiẽdã & ſeruandã ꝑpetuitatẽ. Aliud ṽo q̃d ad hoĩes ꝑtinet, & rebus in hac vita auxiliare, tanq̃ illius ſimulacrꝝ q̃ddã, & poſt illud certitudinis & ṽitatis nobis fiat gubernator & princeps, q̃dq; optimis moribꝫ implet eos q illud colere & ſeruare didicerũt. Iuſtũ igit̃ & ſanctũ iuſiurãdũ eſt, eoꝝ q̃ iuramus quantũ in nobis erit ſine exceptõe ſeruatio & cultus, q legi & ṽitati diuini habitus neceſſaria voluntate eos q iuſiurãdũ colũt, adaptat, & adiũgit. & primã q̃dẽ & archanã iuſiurãdi ſinceritatẽ naturaliter accipe ſolemus, ꝑpter aĩaduerſionẽ ad deũ, q̃ purgatorijs ṽtutibus a diuo iuramẽto exitũ p̃cidit. ſynceritas ṽo iuramẽti ciuili ṽtute ſeruat̃. nã ij ſolũ q ṽtutes ciuiles poſſidẽt, liq̃de iurare in rebꝫ hũanis p̃nt. vitiũ em̃ & malitia q̃ mater ꝑiurij eſt, infirmitate moꝝ iuſiurãdũ ſupprimit & calcat. quõ em̃ auarus in receptõe, aut in ſolutione pecuniaꝝ liq̃de iurabit. Quõ incõtinẽs & timidus in iureiurãdo ꝑſtabit? immo vbicũq; hoꝝ vterq; putauerit aliq̃d plus ſe habituꝝ ſupprimet̃, vincet̃, ſupabit̃. Et veneratio iuramẽti denudabit̃. A talibus enim mortalia & caduca ꝑpetuis & diuinis bonis p̃ponẽtur Ab ijs ṽo q bene & firmiter ṽtutes poſſidẽt, bene & recteq; iuramẽti veneratio ſeruari cõſueuit. optima q̃dẽ circa iuſiurandũ cõſideratio & documẽtũ eſt, ad ipi

us venerãtõem & cultũ ſeruandũ,nõ ſæpe & ex fortu
na,nõ ut accidat,nõ ad ſermonis complectiõem,non
ad narratõis fidẽ iureiurãdo vti,ſed illius vſum quan-
tum poſſibile eſt ſeruare in rebꝰ neceſſarijs & magnis,
& quũ nulla alia videt̃ eſſe rerꝫ ſalus,niſi p veritatẽ a iu
reiurãdo ꝓuenientem.Erũt aũt hæc credibilia audiẽti
bus,ſi modũ cõuenientem iuri iurãdo ꝑbuerimus.&
nullã audiẽtibus mẽdatij ſuſpitõem reliqrimus,ita ut
in rebꝰ humanis nihil maius ꝟitate nobis eſſe videat̃.
Ita ſi iuremus ac ſi nõ iuremus.Nã iuſiurandũ cole,nõ
ſolũ fide & liqde iurãdi,ſed abſtinẽdi a iuramẽto ꝑce-
ptũ eſt.ſeruabimus eñ ut ſp iuſte iuremus.ſi iuramen
tis nõ abutamur.nã q ſæpe iurat,facile ad piuriũ inci-
dit.Abſtinentię ꝗꝙ a iureiurãdo iuramẽti ſeruatio ad-
iũcta eſt.nã aut nõ iurabit,aut quũ iurabit,iuſte & liq
de iurabit.Iurandũ ẽ igit̃,ut neqꝫ p cõſuetudinẽ lingua
labat̃,neqꝫ p incõtinentię paſſionẽ mẽs erret,At mẽtẽ
qdẽ bonæ artes & mores dirigẽt,linguã ꝟo cõſuetu-
do cõtinẽtię ab iureiurãdo.Cõuenit ei añ dicto deorꝫ
honori iuſiurãdũ,tanqꝫ illi inſitũ & religioni ſubiectũ.
Nã iuſiurãdũ diuinę legis cuſtos ẽ,ad totius mũdi or
namẽtũ.honorabimus igit̃ legẽ ſi ipius ordinẽ & di-
ſpoſitõem ſecutus fueris,& iuſiurãdũ coles,ſi ipo nõ
abutaris,hoc ẽ ſi nõ facile iuraueris,& iuſte & liqde iu
rare cõſueſcas,qa iurare nõ cõſueuiſti.ps ei nõ pua eſt
religionis,liqdũ & rectũ iuſiurãdũ,& de primo qdem
optimorꝫ gñe & diua lege,q̃ recti ordĩs dux eſt.At de
iureiurãdo ꝗd legẽ ſequat̃ hęc dicta ſunt.Sed qm̃ poſt
deos genus illud,quod angelicũ eſſe diximus,ſecun-
do honorare oportet,decenter ſubiungit.

POSTEA HEROES CLAROS,

Digitized by Google

I ſunt mediũ genus earũ ſubſtantiaꝝ quæ rõe
f vtunĩ,q poſt deos ĩmortales ſequentẽ locũ cõ
plent & naturæ hũanę pponunĩ,& contingũt
tertiũ genus.Primo qbus qdem ut ſecundis ſcd'm ho
norẽ reddi oportet.ſubintelligendũ eſt etiã & in ipſis
cole,vt lege ordinati & diſpoſiti ſunt.om̃is em̃ cultus
vis intelligendo ſubſtantiã honoratoꝝ ỽſatur,a qua
bene & recte inueniĩ qd facere quidve dicere oporteat
ad eas res quas honoramus.Nã quo pacto qſpiam de
ijs rebꝰ loquiĩ quas ignorat: quove etiã pacto munus
qſpiam ijs affert quoꝝ dignitatẽ ignorat.Primus igiĩ
oĩno cultus & in claris heroibus eſt eoꝝ ſubſtãtiæ &
ordinis & ſubſequẽtis actõis cognitio,& peritia pfe-
ctõis ad hoc totũ.Conuenientẽ em̃ ante omnia cultũ
ſubſtãtijs fieri oportet,quod qdem ſi de ipĩs cognitio
nẽ habuerimus,pcedit.quum em̃ ut natura & ordine
ſunt cognoſcimus,tũc ipſis conuenientẽ honorẽ legẽ
imitãtes reddimus.colemus ãt nihil q̃d humana ſub-
ſtãtia peius ſit,ſed ſolũ ea q̃ naturaliter meliora ſunt.
ac etiã q̃ æqua excellẽtia ỽtutis p̃dita.Eſt aũt oĩm quę
natura meliora ſunt.primus & optimus opifex deus,
& ſine compatõe omnibus p̃ponẽdus atq; honoran-
dus.Itaq; in mũdo ab ipõ et poſt ipm primi immuta-
biliter ipſum intelligũt,et ſine paſſione imaginanĩ a
prima opifice cauſa ad ipõs veniẽtẽ participationẽ,q̃s
p̃ſens orõ immortales deos appellauit,qm̃ nõ moriũ
tur,neq; ſimilitudinẽ quã ad deũ habent deponũt,ſed
ſemp et æque in ſeipĩs pmanent.Qui ỽo nunc heroes
clari vocanĩ,medij in ſubſtãtia et honore,ſemp intelli
gũt opificẽ illum primũ,et ad illum bene et honeſte vi
uendo reſplendent et collucent,nõ tamen ſemp et eo

dem modo, neq; immutabiliter. Medij em̄ ſunt et ad deum et mutatōem, non tamen paſſioni ſubiectam capiunt, quibuſdam quandoq; adiectōnibus ſeſe ad illum circumuoluentes, et immutabile ac deo vnitum ſpectaculum primorum ab ſeſe diuidunt, ſimulq; faciunt principium eorum ad deum obſequelę. Quam ob cauſam certe clari heroes dicuntur. Clari quidem q̄a boni ſunt, & reſplendēt ſemp̱, & neq; in vitio, neq; in obliuione vnq̄ inueniunt̄. heroes aūt quaſi amore pleni & electi amatores dei. erigūt em̄ nos, & ſubleuāt ad diuinā ciuilitatē, ab hac reꝝ terrenaꝝ cōuerſatōne Eſt etiā conſuetū, ipos demones appellare q̄ſi doctos, et legū diuinaꝝ peritos, qn̄q; etiā angelos, ut oſtendē tes & nuntiātes nobis beneuiuēdi viā & normā. Sæpe ꝟo tribus his intellectibus vtentes, amplitudinē huius generis in tria ſcindimus, & quantū ad cœleſtes id tertiū genus attinet, appellamus angelos quantū quoq; terrenis eſt adiūctum heroes. & q̄a æque ab vtriſq; diſtat demones, quod in pleriſq; Plato facit. Aliq aūt totum hoc mediū genus appellāt angelos, oēs aūt dæmones, aut heroes ꝓpter eas q̄s ſup̱ius diximus cauſas. Et nunc Pythagoras totū mediū genus claros heroes noīauit, & ſic ad primū genus ſunt, ut lux ad ignem, & filius ad patrē. vn̄ recte deoꝝ filij heroes appellant̄, nō ꝙ ex mortaliū cōiunctōe geniti ſint, ſed ꝙ ex ſimplici eoꝝ cauſa ꝓueniunt, veluti lux cōcurrēs ſubſtantiæ lucētis corp̱is. lux aūt ſub diuo & liq̄da ꝑ quā intelligit̄, in obſcuritate lux ad quā refert̄ tertiū & humanū genus, quod in vitiū qn̄ incidit & obliuionē q̄bus ab intelligēdo deū deſiſtit, ſuperat̄ em̄ ab ijs ſubſtantijs q̄ ſemp̱ deū intelligūt, qm̄ homo qn̄q; non ūr

telligit.reuocat̃ etiã ad intelligentiã dei, quum ipi deo adiungit̃ mortalẽ ꝑturbatõem a ſe depellens. tũc quoq; apud nos honore dignus homo eſſe videt̃, quũ ſe receptu diuino dignũ & idoneũ fecit, tanq; naturę melioris ꝑticipatõne ornaret. decet eñ amatores dei, & quęcunq; aliquo modo ſibi ſimilia ſunt honorare, ſiue ꝑpetuo ſimilitudinẽ habeãt, ſiue ad tẽpus ipam exerceant, ut ſunt hoĩes ꝟtute p̃ſtãtes, de q̃bus nũc dicẽdũ ẽ.

ET TERRENOS COLE DAEMONES LEGITIMA FACIENS.

D Aemones hic appellat animos hoĩm ꝟtute p̃ditos & veritate, tanq; doctos & peritos, poſtea diuidẽs ipos ab ijs, q natura dęmones ſũt q mediũ cõplent genus. addidit terrenos, ꝙ incitantibus ꝟſari, q̃d terrena corpa induere, ꝙ in terra habitare poſſint, ut quũ dęmones dicit, eos a malis & indoctis hoĩbus diuidat. ꝙ ꝟo ſuꝑ addiderit terrenos, ab illis eos ſeparat, q ſemꝑ dęmones & periti ſunt, & naturaliter in terra nõ ꝟſant̃, neq; terrenis corpibus viuũt. Nã hoc nomẽ, terreni dęmones, nulli alteri cõuenit, q̃ natura exiſtẽti homini, q habitu dęmõ fiat, deũq; intęlligat & cognoſcat, quũ tertiũ genus terrenũ, ꝑprie dicat̃ & vltimũ in ſubſtãtijs rõe vtẽtibus, & in terrena vita ꝟſet̃. Primũ igit̃ cœleſte genus appellat̃, mediũ ꝟo aeriũ. Tertiũ quoq; genus eoꝝ q̃ rõne vtunt̃, continet oẽs hoĩes, q nõ oẽs ſunt dęmones, neq; oẽs ſapiẽtes, & ea cauſa decẽter ſupaddẽs. Dixit. Terrenos dęmones, ſapiẽtes hoĩes deſignãs. Nã neq; oẽs hoĩes ſapiẽtes ſunt, neq; oẽs ſapiẽtes ſunt homĩes, ſed etiã heroes clari & immortales dei, q p̃ſtãtiores hoĩbus natura exiſtentes, ſapiẽtes ſunt & clari, eos igit̃ hoĩes Pythago-

ras coli iubet, q ſeſe diuis generibus adiūxerunt, qq; demonibus & angelis æquales facti ſunt. Nec aliquo mō intelligere debemus dęmonū genus, vile aliquid aut prauū honorare oportere, q̄d qdem, vt dicimus, vſus oſtēdit. Quū certe nō cōueniat deū amanti, & eius dignitatē intelligenti ea colere, aut honorare, q̄ humana ſubſtātia peiora ſint, immo neq; ipm hoīem cōſequētur, poſt meliora honorabimus, niſi p̄ſtātioribus ſimilis & diuæ ſocietati conferendus factus ſit. Quis igitur hoꝝ cultus eſſe oporteat, inquit. COLE legitima faciens, hoc eſt nos oportere pſuaderi & obtemperare preceptis & inſtitutis, quæ nobis maiores noſtri reliquerunt, & vt legibus, ita eorum verbis obedire, & illum viuendi modum tenere, quem illi tenentes in nos trāſferre nō inuiderūt, ſed quaſi immortalē quādā & paternā hereditatē ꝟtutū elemēta, & ꝟitatis canones, poſterioribꝰ cōſeruare ſtuduerūt, & in cōem vtilitatē literis demādarūt, qbꝰ ſi obtēperauerimus, & ſcd'm eaꝝ documēta iuxerimus, verior illis honor et cultus ſit, quam ſi qs inferias & funera ſumptuoſa & abūde illis ſacra faciat. Talis em̄ p̄ſtantioꝝ cultus eſſe debet, ab illo opifice deo īcipiēs, & in hoīes bonos deſinēs, quū in medio ſint cœleſtes & aerei. Quū aūt aliquoꝝ q̄ in hac noſtra vita verſant̄, magnā nos habere rōem oporteat, ut parentū & cognatoꝝ, q nō omnes boni ſunt, omnino tamē ꝑpter cognatōis dignitatem honorari debēt, eius rei cauſa ſubiunxit.

PARENTES TVOS HONORA ET COGNATOS CLAROS HOMINES TANQVAM PRAESTANTIS ET DIVOS.

Pa-

rentes et ꝓpinqͥs naturali cõſanguinitate nobis attinẽ
tes, vtcunq; ſint ob ipſam cognatõis neceſſitudinẽ ut
honoremus p̃cipit. Nam quod nobis dij cœleſtes per
æternã cognatõem ſunt, ꝗ locũ in nobis parẽtũ tenẽt,
ꝗd ve heroes ꝗ bonoꝝ cognatoꝝ, hoc in hac mortali
vita nobis ſunt parẽtes et cognati, et ob eam cãm poſt
parẽtes ꝓximi venerãdi ſunt. Q̃uo igit̃ & hos honora
bimus? an vt modum viuẽdi noſtrũ ad illorum ſniam
dirigamus. Itaq; ea opinemur, eaq; faciamus, quæ il-
lis fuerunt grata & amica. Sed hoc pacto ꝟtutũ vſus,
ad malitię ſtudiũ ꝟteret̃, ſi forte cõtingeret parẽtes no
ſtros malos & prauos fuiſſe vituperabimus, ne oino
ipos ad vitioꝝ & malitiæ vituperatõem & vilipendiũ,
& q̃uo huic legi obtemperabimus, q̃uo ideæ illi diuæ,
cuius hic parentes & cognati ſunt ſimulacra? nõne ſi
hos nõ honorabimus, in illis peccabimus ꝗbus hoſce
aſſimilari diximus, & ſic q̃ videt̃ virtus, ꝗa parẽtũ ſen
tentiæ nõ obtemperamus a nobis exerceri ad maius
malũ nos incidere conſtringet. Sin illoꝝ voluntati oi-
no obtemperabimus, a religione iteꝝ & ab alia ꝟtute
decidemus, ſi forte contigerit ꝑ prauitatẽ morum illos
ad ea nos inducere, q̃ recta non ſunt. At ſi mores boni
& veri, quos parentes nobis p̃ſtant, ſint, dijs & paren
tibus ſimilis p̃ſtandus eſt honor. Sed ſi diuis legibus
parentũ volũtas nõ obtemperet. Quid oportebit non
facere in hanc legũ contrarietatẽ incidẽtes? an hoc qđ
in alijs contrarijs & neceſſarijs officijs circũuentos nõ
decet ſeruare. nam maioribus bonis ꝓpoſitis, maiora
minoribus p̃ferri oportet, quãdo vtrinq; ſeruare non
licet. ut honeſtũ ꝗdem eſt obedire deo honeſtũ & parẽ
tibus, ſi vtrorũq; p̃ceptũ & ſuadela ad hoc tẽdit, firmũ

erit & lucro aſcribemus. Sed ſi ad aliud nos ducat di-
ua lex, ad aliud nos ferant p̄cepta parentū, in hac volū
tatū diuerſitate deū p̄ferri ſemp̄ oportebit. In ijs ſolū
parentibus nō obtēperantes, in q̄bus ip̄i diuinis legi
bus nō obediuerūt. fieri em̄ nō poteſt, ut q̄ v̄tutis nor
mam ſeruare ſtudent, cum illis cōueniant q̄ a v̄tute ab
errarunt. In cæteris vero omnibus maxime parētes co
lemus, ut eorū corpora curare prompte, & libenter pe
cunias ſuppeditare. Iuſtū em̄ & rectū eſt, ut ab illis cō-
moditatē capiant, quos genuerūt & nutriuerūt. Id ve-
ro quod ab illorum ſucceſſione non dependet, ab eo-
rum dominatōe liberꝝ lex reliquit, quæ verū patrem q̄
rere iubet, illumqꝫ amplecti, & vt ſimilis illi fias maxi-
mā diligentiā habere. & ſi vtrunqꝫ adipiſcemur, poſſe
ſcilicet officiū noſtrꝝ dijs ſeruare, & hominib9, & neqꝫ
ob cōſideratōem v̄tutis a cura parentū diſcedemus,
neqꝫ p̄ ignorantiā maximā, omniū malorum ꝑfidiam
ſuſcipiemus. Nam ſi mortē q̄ſpiam, hæc non ſeruanti
bus nobis minaret̄, nihil omnino timendū erit, ſed ſci
re potius & intelligere oportebit, id quod patietur eſſe
corpus, & hoc ſolum parētes nobis imputare poſſent,
quod genuerint. Illud vero quod non patit̄, liberꝝ cu-
ſtodire decet, & ſoli deo obedire. Parentū igitur verus
honor erit, quem intētio ad virtutē tradit. Cæterꝝ neqꝫ
laboribus, neqꝫ pecunijs parcere debemus, immo hęc
omnia parētibus libenter ſubijcere & ſubminiſtrare.
Nihil em̄ relinquere decet ob noſtras neceſſitates, q̄d
ad illorꝝ curam & quietem ꝑtineat. tātoqꝫ id magis de
corum, magiſqꝫ honeſtū fiet, quanto laborioſius fue-
rit & ſeruile. Neqꝫ impenſis parcere, immo decens cer
te eſt, omnia ad illorꝝ neceſſitatē & vſum ſuppeditare,

Digitized by Google

ac gaudere & lætari in laboribus & impenſis quas illis erogamus. Nam q̄ hęc læte facit, legē v̄tutis ſeruat & naturæ charitatē reddit. Talis q̄dem eſſe debet, qui parētibus tribuēdus eſt honor. At in ꝓximorꝝ cultu, q̄ ſecūdus poſt illū, q̄ parētibus debet̄, ordinatus eſt curam prudenter metiri debemus, & ſcd'm naturæ ꝓpinquitatē tantū poſt patrē & matrem ſingulis tribuere, quantū affinitas docet. Manifeſtū eēm eſt, quandoq̄dē & in libera his, & ſine domino v̄tus exiſtit.

EX ALIIS EVM TIBI AMICVM VIRTVTE FACIAS QVI OPTIMVS SIT.

P Oſt primū honorē, in quo ſupioribus obligamur, & conſequentē illi, in quo parentibus & cognatis decēter lex de captādo amico dat̄, q̄ nobis conſulit, ut ijs qui extra genus noſtrꝝ ſunt, eum nobis amicum eligamus, q̄ optimus ſit. Iubetq́ʒ ad virtutū cōmunionē tali amico nos adiūgi oportere, ut bonum virꝝ, ob bonā cauſam amicū adipiſcamur, & non ad alios uſus illius familiaritatē captemus. Vt hoc precæptum ſimile ſit illi, quod de v̄tuoſis & p̄ſtantibus viris, q̄ ab hac vita migrarūt, dedit. Nam vt ibi peritos & excellētes ex hoībus ſolos, ut honoremus p̄cepit, ita hic ſuadet, ut bonos hoīes, ſolos nobis amicos faciamus. Præbuit eēm in alijs electōem, in parētibus v̄o & cognatis, naturæ ſatiſfecit, nam parētis aut germani ꝑſona honorari poſtulat. In alijs v̄o ut honorent̄, v̄tus eſt cauſa, vt in ijs q̄ ab hac vita migrarunt. Parentes autem & cognati, præter v̄tutem honorandi ſunt, ibi q̄dem dei & heroes, hic in hac vita mortali, patres & ꝓximi. Talis quidem eſt prima amicorum inquiſitio, ta

lis adeptio. Quæ vero illorum conſeruatio eſſe debe-at, quæ nobis ad ſocietatē bonorum pficiat, & quo pacto amicus relinquēdus ſit, ſi in peius mutari videretur, ſi monitis, quæ illum ad bonā viuendi viam reducerēt, non auſcultaret, conſequenter Dicit.

HVMILIBVS AMICO CEDE VERBIS, ET FACTIS VTILIBVS. NEQVE AMICVM TVVM IN INIMICVM VERTAS, OB PARVAM CVLPAM QVANTVM POTES. POSSE VERO PROPE NECESSITATEM MANET.

Quo pacto amicis vti debemus, hic incipit docere. & primū qdē iubet, q quū ad vtutē nos amici inducūt, & ſi qd ad utilitatē noſtrā agāt, libēter illis obtēperemus. Lex em amicitiæ, ad hāc ſocietatē nos cōiunxit, ut nos ſcilicet ab illis ad augmē-tum vtutis iuuemur, & a nobis illi, veluti eos qui p cōmunem beneuiuendi viam vadūt, qcquid alter altero melius videt, aut intelligit, in cōmunē vtilitatē ppone re & docere oportet. Benigne & humliter amicis bene monentibus cedemus. benigne rerum bonarum ſocietatē illis ptendimus. De pecunijs vo aut gloria, aut re aliq quæ ex his elemētis, quæ caduca ſunt cōſtet, nunq cū amicis contendamus. hoc em erat ob paruā culpam. Ad inimicitiā cū amicis tuis nō venias, qui in maximis & pcioſis rebus rectā amicitiā ſeruāt. In oibus igi tur amici tollerādi ſunt a nobis tanq magna amicitiæ neceſſitate iunctis, niſi in vno. Nec vo decet, ſi in peius traducatur amicus, aut ſi a ſtudio philoſophię ad aliud male viuendi exercitiū ptranſeat. nos illi cædere aut ſequi vna cum illis, ab intentione & voluntate

ad virtutem noſtra diſcedentes,ſed potius omni indu ſtria,nitemur amicũ ad bonos mores reducere,quod ſi pſuadere ſibi non poſſemus,pacifice relinquendus eſt.quẽ neq; inimicũ ꝓpter pcedentem amicitiã illum nobis faciemus,neq; amicũ tenebimus,qa in peius ſe mutauit,& a vtute diſceſſit.Itaq; huius rei gratia,ami cus quãdoq; a nobis relinquẽdus eſt,quum amplius ſecum ad vtutem conſortiũ habere nõ poſſumus,cu ius cauſa,& in principio illũ amicum accepimus.Illud nihilominus maxime conſiderandũ & ſeruandũ erit, ne quum amicũ dimittimus,charitas illa quã ſecũ ha buimus,ad inimicitiã vtat.Decet enim & ſi ille ſe ab amicitia ſubtraxerit,maxime & diligẽter nos ſtudere, vt ad id quod debet reducat.non gaudẽtes amici caſu neq; paruitatẽ ſui intellectus ſperuentes,ſed laborare potius & orare,& omnia conari,vt amicus ad ſalutem pœnitẽtiæ reducat.Quæ qdem ſpectant,ut cum ami co de pecunijs,aut gloria non cõtendes,ne ve cũ iniu ria ſocietatis,amicũ relinquas,neq; illius damnũ ad tu um vſum cõuertas.Quum aũt ad bene conſeruandũ amicos,& rõne,quum opus ſit,eos relinquendũ.& ſi ad pœnitentiã ſe reduxerit,reuocandũ.Indulgẽtia & patientia noſtra,multũ cõferat,nullã rem quæ ad ami cũ ptineat paruĩ facere,neq; ad qd eis obligemur ſcru puloſe inqrere debemus,ſed quantũ poſſibile fuerit, ferendi ſunt,& ob eam cauſam ſubiunxit.QVAN TVM POTES.Poſtea ne illud poſſe,ꝓ volũtate ali qs,& non quantũ neceſſitas adiũcta patientiæ noſtræ inuenit,conſideret,addidit.POSSE Autem ꝓpe ne ceſſitatẽ manet.Nam oĩs homo neceſſitate coactus plura poſſe oſtendit,quã putauerat non coactus.Tan

tū igiť amicos magnanimiter nos ferre oportet, quantum neceſſitas nos poſſe oſtendit. Itaq; id quod ſubito intollerabile ſæpe videť, p̄ neceſſitatē amicitiæ feretur. Non eñ ea ſolum fortiter ferre decet, quæ nobis iniũgunť, ſed etiã quæ ptinent ad conſeruatõem amicoꝝ, & ad eoꝝ ſi aberrarint, reductõnem. Maiore patientia digna ſunt, q̄a diuæ neceſſitatis p̄cepta ſunt. Potentior aũt apud ſapientes viros mentis atq; intellectus neceſſitas eſt, q̄ violentia extrinſecus illata. Siue igiť ad circũſtantiũ rerum neceſſitatē inſpexeris, ſiue ad eam quæ diſciplinis & intellectu expletur, & diuinis legibus conuenit potentiæ tuæ menſurã inuenies, quam nunc hæc oratio õſtendit, afferri oportere quũ illis perſuadere volumus. Itaq; non facile omnia quæ ad animũ noſtrꝝ non ſpectant paruifaciens, & indignũ etiã putans, vt quis quempiã cupiditate, aut parſimonia rerum externaꝝ ex amico inimicum faciat, iubet, ut ſine differentia hæc talia parui pēdamus, & decidentē amicũ reuocemus. Ac vbiq; hanc ſententiã habeamus, ut quantũ in nobis ſit, amicos ſeruemus, & eos q̄ ad peius ſubtracti ſunt, iterum acq̄ramus, neq; principiũ aliquod, ut ad inimicitiã ꝟtatur p̄beamus, neq; ſi q̄s ex ſe nobis ex amico inimicus factus ſit, æque ad inimicitiã reſpondeamus. Hæc q̄dem dictat, & vult bonorũ conſuetudo, & lex amicitiæ, quæ maxima inter alias eſt ꝟtus, quoniã p̄fecte apparet. Nam ꝟtutum finis, eſt amicitia. Principiũ vero eſt religio. Et eſt q̄dem religionis ratio & ſermo omniũ bonoꝝ nobis principiũ, & ſemen amicitiæ quoq; habitus p̄fectiſſimus omniũ virtutũ fructus eſt, ut eñ iuſtitiæ rõnem habere debemus, non ſolum erga illos qui iuſte nobiſcum verſan

tur,ſed etiã erga eos qui iniuriam nobis inferre conan tur,ne p iniuſtitiã ad ſimilem cum illis malitiã incida⸗ mus,ita curam habere oportet amicitiæ.hoc eſt huma nitatis erga omnes,qui eiuſdẽ generis nobiſcũ partici pes ſunt.Ea vero quæ ad amicitiã ptinent,apto & de⸗ cente ordine penſabimus.bonos viros quia pfectõem hominis ſeruarũt,ppter eoꝝ naturã,& quia recte ſen⸗ ſerũt,omnino charos habeamus.malos vo,quia pro eoꝝ ſentẽtia,nihil ad pfectõem amicitiæ pbuerũt,ob ſolam cõem naturã amabimus.Quam ob cauſam re⸗ cte dicit.nemo eſt vtuoſo viro inimicus.& quod ſo⸗ lus homo bonus eſt ſibi amicus.Nam ſi hoĩem amat, vitioſum hominẽ inimicũ non iudicabit.ſi aũt ad eius conſortiũ virum vtute præditũ querat,bonum ex om nibus eliget,deumq; in penſatõe amicoꝝ imitabitur, qui quum neminẽ oderit,bonum maxime diligit.Nã bonum charitatis,cõmuni hominũ generi ptendens, ſingulos prout merent,retributõis dignos decẽter fa⸗ cit,bonos eñ ad ſe trahit.Eos vero qui a vtute ſeſe ab alienarunt,iuſticiæ legibus vt ad debitũ condecens ſe cõuertant,dirigit.Quod qdem vtriſq; commenſuratũ eſt & vtile.Sic & nos decet erga omnis homines cum digna retributõe amicitiã ſeruare.nam continentiã & iuſtitiã erga omnes ſeruare debemus.& non ſolum er ga iuſtos & continentes,nec boni bonis erimus,mali malis.Sic eñ cum ijs qui a vtute deciderũt facile mu⸗ taremur,nullum pprium bonum habẽtes,quod ſem per & erga omnes tenere & ſeruare debemus.Si autẽ habitum virtutum poſſidemus,non eſt in aliorum vo luntate nos illa priuatũ iri,neq; ob rem aliquam ſuper incidentem,inſtituta & diſpoſitões noſtras alienabi⸗

Digitized by Google

mus,quum ex lege virtutis fœlices ſimus.nam ꝙ in cæteris virtutibus ſeruari debebit,hoc eſt in amicitia, quum charitas & amor erga homines maxima,ut ſupra diximus,virtutũ ſit.Et charitas quidem cõmuniter reſpicit ad omnes,proprie vero ad ſolos bonos,vnde & amicitię nomen ſibi maxime accõmodat.Et hęc quidem de his.ac conſequenter ad alia ꝓcedamus.

HAEC QVIDEM ITA COGNOSCERE. CONSVESCE ABSTINERE HIS.VENTRE IMPRIMIS ET SOMNO,ET LVXVRIA,ET IRA.

e Ya igitur dementiam & animi fatuitatem omnẽ per ordinem recta diſciplina frenemus. nam turbati animi partes conſecutiuę,alia aliam ad vitium trudit,ut venter nimis plenus,multum nducit ſomnũ,atq; hæc vtraq;,venter & ſomnus ſpermatis abundantiam,quæ nulla moderatõe hominem excitat ad venerea,& id animi,quo cupimus,ad incõtinentiã acuit.Hæc poſtea iracũdiam ſecum ferens,hoſtiliter omnia ꝑtranſit.nunc cibos,nũc potões,ſibi vẽdicãs.ꝓ cõcubinis pugnat,& aliũ alias voluptates adipiſci cõtendit.Conſueſce igiť hæc cõpeſcere,a ventre primo incipiẽs,ut illæ ſpẽs animi,q̃ ſine rõne ſunt,rõni pareant.Ac tu ipſe in te religionẽ,& erga parentes honorẽ,& om̃ia q̃ paulo añ oratio ſuaſit,ſine digreſſu ſeruare poſſis.Nam ut prima ſeruemus,ſequẽtia oſtẽdũt,illa q̇dem omnia p̄uaricanť,ſi ꝑturbati animi potentiæ rationi non obediant.Quippe aut ira nos contra parẽtes mouebit,aut cupiditas ut illis non obtemperemus,armabit.Et iterum,aut ipſa ira ad contu

meliam contra quempiã,aut cupiditas pecuniarꝝ ad ꝑiurium nos excitabit,& certe mala omnia,ab ipſis perturbatis animi potẽtijs naſcunt̃,ſi ipſius eiuſdẽ animi ratio ipſas non dirigat.hinc diuerſæ ꝑfidiæ,hinc bella inteſtina,hinc amicorꝝ ꝓditões,hinc totius iniquitatis genera oriunt̃,Itaq; aliqui exclamare cogũtur.Scio eqdem quæ mala facturus ſum,ſed ira conſilijs meis eſt ſuperior.Alij vero,vel ipſi ijdem,alia vice clamant. Scio eqdem quæ mala facturus ſum,ſed cupiditas meis conſilijs eſt ſupior,& recte qdem mihi dicere videntur.paſſus ſum quæ multi,non facile obedio.Sed rationale genus,quod natura aptũ eſt,ad rerꝝ bonarꝝ intelligentiã,recte reminiſcit̃,& excitat̃ ad recti ſermonis doctrinã,quãdo potẽtijs illis turbulẽtis tanꝗ͂ plũbo,ad vitia & malitiam nõ deferat̃.Decet igitur nos & oportune cognoſcere,& dementes ipſas & ſtultas potentias aſſuefacere,quantũ poſſibile eſt,ut rõni noſtrę obediãt.Sic eñ animi paſſionibus frenatis,mens noſtra ſufficienter & ordinate,prima p̃cepta ſeruabit,de qbus dictũ eſt.HAEC Autẽ ſic eſſe ſcito.de cõſequẽtibus aũt dixit.CONSVESCE Abſtinere.Oſtẽdẽs ꝙ ratio ꝑ doctrinã & ſcientiã ordinat̃.Dementia vero ꝑ cõſuetudinẽ,& corporis quodãmodo fictiões,& ſic animalia bruta,ſola cõſuetudine ab hominibus ducũtur.Si venter igit̃ conſuefiat moderata appetere,alias corporis cupiditates ordinatiores p̃bebit,& impetum animi moderatiorẽ vt æquo animo qd deceat,quidve oporteat,a familiaribus vitijs non impulſi,conſultemus.Vnde & noſmetip̃os,ut ſumus vere cognoſcere & habere pudori,quæ cognoſcimus addiſcamus.Nã ex hac cognitõe et cognitõi adiuncto pudore,ſequit̃

ut res turpes fugiamus,quum omnia mala turpia eſſe dicuntur,quia non honeſta ſunt,& indigna ab homi- ne ptractari.de quibus ſequentes v̄ſus p̄cepta tradūt.

TVRPE NIHIL FACIAS VNQVAM SOLVS, NEQVE CVM ALIO, ET MAXIME TVI IPSIVS TE PVDEAT.

C Erte ſi quid turpe ſoli commiſerimus,quod cum aliquo eorꝫ qui nobiſcum eſſent,pudore nunq̄ feciſſemus.& econtra,ſi conducti a q- buſdam ea facimus quæ ſoli non feciſſemus,ad auda tiam ſceleris ſocietate participantiū moti,æque turpe putamus.Quamobrē vtranq; peccandi viam amouit. Si aūt quod turpe eſt,vere fugiendū eſt,nunq̄ certe conſtantijs fieri poterit,ut eligendū ſit.Itaq; vtrūq; cō iunxit ingens.NEQVE Solus neq; cū alio,ut neq; ſolitudo te ad turpia ſollicitet,neq; ſocietas facile te ad ſcelus moueat.Poſtea ſubiunxit cauſam,quæ ſola ſce lus oē expellat,& maxime tui ipſius te pudeat.Si autē cōſueueris,te tui pudere,habebis vbiq; tecū quē vere are cuſtodem,q a te neq; fugiet,neq; ſeparabit, quū amicis & domoſticis diſcedentibus in ſolitudine reli- cti ea multi fecerūt,quæ in illorꝫ p̄ſentia feciſſē pudue rat.An nullū habebant adſiſtentem:(omitto deum longe em̄ hic eſt a ſcelerꝫ conſcientia)habebant certe ſe ipos & conſciētiæ iudiciū,ſed paſſionibus diſtracti, ſecū habere non intelligebant.Nam hi rōnem, quæ in ipſis eſt,ſpernūt.& ſeruo viliorē faciūt.Familiariſſi- mum ergo procuratorem te ipſum tibi adhibe,& ad hunc te ſæpe voluens,ita te tui dominū facias,ut ma- la & ſcelera fugias.Nam ſui pudor ex neceſſitate fa-

Digitized by Google

cit,ut turpia & indigna viro,qui ratione vtitur,vites,
is q̃q; qui ut dictũ eſt,ſcelera & vitia ſpreuit,quo pacto
ꝟtuti ſeſe adiũgat,& familiarẽ facit,cõſequẽter docet.

IVSTITIAM EXERCE RE ET VERBO.NE
QVE STVLTE TE IPSVM HABERE CIR
CA QVICQVAM CONSVESCE.SED SCI-
TO QVOD MORI FATO DATVM EST
OMNIBVS.PECVNIAE VERO QVANDO
QVE ACQVIRI CONSVEVERVNT.QV
ANDOQVE AMITTI.

q Vicunq; ſui ipſius pudorẽ habet,ſeruator &
cuſtos ſui ipſius fit,ut necubi vitijs incidat,
aut malitiæ.Vitiorꝝ ꝟo genera ſunt plura.nã
id q̃d rõni aduerſat̃ eſt imprudẽtia,animoſitati timor
cupiditati pecuniarꝝ & voluptatis affectio,oĩbus ſi-
mul animi paſſiõibus iniuſticia,quæ mala ut vitemus
quadripartite nobis virtutes diuiſit,in prudentiã,quæ
circa iudiciũ ꝟſatur,fortitudinẽ quæ circa animoſita-
tem,continentiã quæ circa cupiditatẽ.Iuſticiã quæ cir
ca omnes ſimul animi potentias ꝑfectiſſima eſt,& om
nes alias ꝟtutes continet & amplectit̃,tanq; eius par-
tes.Quãobrem & iuſticiæ primo mentõem fecit.po-
ſtea prudentiæ,& cõſequenter optimorꝝ operũq; ab
ip̃a prudentia noſcunt̃,& in cõplexione iuſticiæ ꝑficiũ
tur.Nam q rõne & recta vtit̃ mente,in duris & aſperis
rebus fortitudinẽ ſibi ſociam,& adiutricẽ capit.In vo-
luptatibus cõtinentiã,in oĩbus ſimul iuſticiam,& ſic
principiũ & ortus omniũ ꝟtutum eſt prudẽtia.Finis
vero & ꝑfectio iuſticia eſſe inuenit̃.In medio quoq; cõ
ſiſtunt fortitudo & cõtinẽtia.Potentia eñ animi quæ

Digitized by Google

omnia & circumpēſat, & quod opus vniuſcuiuſq; rei aptum ſit conſiderat, & quærit, ut omnia recte diſponat. Prudentię habitus eſt, quę optima eſt pars rōnalis eſſentiæ noſtræ, ex qua aliæ animi potentiæ ordinant̃, & apte diſponunt̃, ut animoſitas ad fortiter agēdum. cupiditas, ut a placidis abſtineamus. Iuſticia, ut indebita coerceamus. hæc ṽtus mortalē hominē in nobis ornat ex ſupabūdante ſibi innata ṽtute hominis immortalis. principaliter eñ ṽtutes ab intellectu ad animū noſtrꝝ traductæ reſplendēt. & huius ſunt ꝓpria, ſpēs & pfectio beneuiuēdi cauſa. ad eas vero partes, q̃ rōne carent, ut mortale corpus, pticipatio aliqua ṽtutum ptranſit, ut ea q̃ rōnabili eſſentiæ innata ſunt, pulchritudinē impleant̃ & mēſura. diuinorꝝ vero bonorū dux prudētia, recte aīo hoīs collocata, ſuffragat̃ ſibi, vt de oībus bene cōſulat, & mortē qdem fortiter, pditionē quoq; pecuniarꝝ māſuete & æquo animo ferat, ac oēs rerꝝ caducarꝝ mutatōes, & illas ſequentē fortunā, ſapiēter & intrepide ſupportare prudētia, vt poſſumus facit. Naturā eñ rerꝝ pquirit & intelligit. ea q̃ ex terra & aq̃ cōponunt̃, neceſſario in eadē diſſolui oportere, & cōtra neceſſitatē nō reſiſtit, ſed intelligit & ꝑ cognatis ponit, ſi qd mortale in hūanis moriat̃. Scit eī oībus hoībus fato mortaliū eſſe, & determinatū eſſe tempus quo mortalibus corpibus a nobis pmanendū ſit, quo ſtante nō decet triſtari & dolere. Sed ut diuina lex poſtulat, libenter ſeq. Hoc qdē nūc fatū ſignificat termīs qbuſdam neceſſarijs mortalem hominū vitā regi. Prudētiæ ṽo, ꝓprium opus eſt deorꝝ legibus obtemparare, q̃ nō q̃rit vt non moriamur. Similiter etiam pecuniarum naturam non ignorat, quæ a nobis modo acqui-

rũtur,modo amittunť,prout quædã determinatę cau‑
ſæ volunt,quibus reſiſtere ſtultia eſt.nam domini eſſe
non poſſumus eorꝫ quę noſtra nõ ſunt.At corpus,pe
cuniæ,& ſimpliciter omnia quæ extra animũ noſtrꝫ ꝑ
manẽt,poteſtatis noſtræ non ſunt.Principatum quo‑
qꝫ acquirere in nobis non eſt,neqꝫ eum quantũ volu‑
mus ſeruare.In rebus vero quarꝫ natura eſt,modo ha
beri,nonnunqꝫ amitti poteſtatis noſtræ eſt,cũ virtute
illas vel accipere,vel relinquere,quod quidẽ noſtrꝫ eſt
& rõnis eſſentiæ ꝓprium,atqꝫ ut non ſtulte conſueſaci
amus,circa accidentia non habere,ſed deorum ſtatu‑
ta ſeq,quibus omnia humana determinata & ordina‑
ta ſunt.hic maxima eſt noſtra vis,ut de rebus q̃ noſtri
iuris nõ ſunt,recte diſcernamus.Et ne harꝫ affectõne
virtutem,quæ ex noſtra eſſentia conſtat,amittamus.
Quid igiť prudentia docet? corpe certe & diuitijs,dũ
nobis adſunt,recte & bñ & ad ꝟtutis auxiliũ vti.abeũ
tibus vero qd deceat,qdve oporteat intelligere,& alijs
ꝟtutibus lęticiã lucrari.Sic eñ & religionẽ erga deũ,
& iuſticiæ modũ ſeruabimus,ſi didicerimus ſup acci‑
dẽtibus nobis rebus,bene & recte vti,& ex prudentia
terminos quoſdã ponere,ijs quæ forte & ſine ordine
accidere videnť.Virtus eñ nõ ſeruareť,ſi recta opinio
animis hoĩm nõ inſederet.Nã q ſe ſine rõne regere cõ
ſueuit,neqꝫ dijs obſequeť vt melioribꝫ,ſed ut a tyran‑
nis violatus deponeť,neqꝫ inueniet qũo corpus aut pe
cunias optime gubernet.Aduertere qdẽ potes q̃d q
oĩno mortẽ fugiũt,aut cupide pecunias cõſeruare deſi
derãt,neceſſariũ eẽ eos magnas exercere iniurias & cõ
tumelias.blaſphemãt eĩ,& ĩpia cõtra deos ꝓfitenť,q̃s
nihil ꝓuidere dicũt.quũ ꝟo icidũt ijs,q̃ ĩprudẽter fuge

Digitized by Google

rant,vehementius alijs iniuriã facientes,& omniũ re-
rum congregatõi,ad eoꝝ ut putant vtilitatẽ ſtudẽtes.
falſe illoꝝ opinionis manifeſtũ fit damnũ.hinc q̃dem
magna mala naſcunt̃.Iniuſtitia ad æquales,iniq̃tas ad
ſup̃iores.Quibus malis is certe purgabit̃,q his Pytha
goræ ꝟſibus p̃ſuaſit prudenti iuditio,fortiter mortẽ,
pecuniaꝝ p̃ditõem manſuete & ęquo animo feret.Ex
q̃bus cauſis ut iuſticiã ſeruet.ab alienis ſcilicet abſtine
re,nocere nemini,neq̨ alioꝝ calamitates ad ꝓpriã vti-
litatem vertere,quę nemo ſeruare poterit,q mortalem
eius animũ putabit,& q̃ imprudenter ſeſe conſueuit
habere.Sola em̃ cógnitio & diſcretio quid ſit in nobis
mortale,q̃d quod pecunijs egeat,q̃d ſit ꝟtutem exer-
cere,& quæ ex eius exercitatõe cõmoditas naſcat̃,do-
cet,& cupiditatẽ ad exercendã ꝟtutem p̃bet.Ac diui-
nus q̃dam impetus,q ex cognitõe & pudore ſui ip̃ius
ꝓuenit,ad acq̃ſitõem bonoꝝ diligentes non facit.Nã
& ſermone & factis menſurare oportet.quantũ nos di
gni ſumus.& q̃d alios deceat.Decoris em̃ ſeruatio fir
ma eſt iuſticia,q̃ꝓ ob cauſam iuſticiam ante alias vir-
tutes poſuit,ut menſura rebus conuenientibus fieret
factis & ſermone inquit,IVSTICIAM EXERCE.
Non igit̃ in p̃ditõe pecuniaꝝ,aut in morborum dolo-
ribus blaſphemabis,aut maledices,ut in ſermone ini
quitatẽ fugias,neq̨ alioꝝ res ſurripies,neq̨ homini-
bus mala & calamitates p̃quires,ut neq̨ factis iniuſtꝰ
fias.Nam ſi animus noſter iuſticia circumſeptus ſit,
decoꝝ & debitũ erga deos et homines ſeruabimus,ac
iuſticiæ optima mẽſura eſt prudentia.Vnde poſt p̃ce-
ptũ illud.Iuſticiã exerce,ſubiũxit.NEQVE STVL
TE Te habere circa quicq̨ conſueſce,tanq̨ iuſticia

ſine prudētia ſubſiſtere non poſſit.nam illud certe eſt iuſtum quo pfecta prudentia circūſcribit.Hæc em̄ eſt, quæ circa nihil imprudēter ſe gerit,ſed conſiderat de mortali corpore.& de omnibus quæ ad eius neceſſitatē conferunt,atq; omnibus 𝔳tutem pponit & maximam cōmoditatem,optimā rationalis eſſentiæ diſpoſitōnem confirmat,a qua ornant & alia quantū fieri poteſt.Intentio qdem horum verſuum eſt,præbere & oſtendere,quatuor illas 𝔳tutes ciuiles auditoribus,cū inſomni obſeruatōe,& dicente in ſermone,& operib; cuſtodia,qui 𝔳ſus Prudentiā,fortitudinē.Continentiā,ac ipſaꝶ ducem,& ſup omnibus aliis 𝔳tutibus cōmuniter inſpicientē iuſticiā,exerceri hortant & docet. Illud autē. PECVNIAE QVANDOQVE ACQVIRI QVANDOQVE AMITTI CONSVEVERVNT.Probat ꝙ cōtinentiam ſequit liberalitas quæ virtus in ſumptu & cenſu pecuniaꝶ verſatur,q̄s acquirere & dimittere quum ratio dictat auaritiæ cauſas extrudit,& ꝓdigalitatis.Om̄ia aūt hæc tanq; a fonte & primo principio ab illo pcepto cui ipſius te pudeat ꝓcedūt,quod in ſe ipſo inſitū habet illud aliud pceptum.COGNOSCE TE IPSVM.Id em̄ in omnibus recte factis,& in iis quæ intellectu comphenduntur,pponi oportet.Nam ſi noſmetipos non cognoſcimus,vnde compħēdemus ꝙ nobis cōuenit in affectionibus modū & menſurā tenere,& ea intelligere quę ſunt.Incidit em̄ ſup ipis dubium.Primo an expleri ab hoībus poſſint.Poſtea an illis q̄ ea poſſidēt vtilia fiāt. Nā viri boni cōditio ī hac vita,peior & deterior eſſe videt,ſi nō accipit iniuſte vnde accipe nō decet,& ſumptus facit vbi iuſte facere decet,& quātū ad corpus ſpe

ctat,tutus vir nõ exiſtit.nam neq; ipſe rex eſſe quærit,
neq; regibus blandimẽtis,aut ſeruiliter obſeqtur.Ita-
q; ſi alia ſubſtãtia in nobis a ꝟtute adiuta non ſit,in va
nũ diuitijs aut potentiæ intendimus.Quãobrem qui
animũ noſtꝝ mortalẽ putant,ſi dicant ꝙ ꝟtutẽ amẽt,
aſtute potius ꝙ̃ vere loquunť.ſi aũt poſt mortem nihil
noſtri remaneret,quod naturaliter ꝟtute & ꝟitate or-
nareť,ut rõnalem animũ eſſe dicimus.nullus certe ap
petitus rerum bonaꝝ,purus & ſimplex in nobis eſſet.
Opinio eñ ꝙ nihil ſenſus nobis poſt mortẽ remane-
at,omne ſtudiũ ꝟtutis a nobis eripit,& ad corpis volu
ptates quæcũq; ſint intrudit.Itaq; neq; prudentis eſſe,
neq; moderati homĩs illoꝝ ſententiã viderat,ſi omnia
voluptatibus corporis non tradente,ſed animus no-
ſter ſemꝑ remanet,q ſi ꝑ ſe & ex ſua eſſentia non eſſet,
ſed quaſi ſuꝑaduenieñs,ꝑs qdam corpis fingereť &
fieret,nos ꝓpter ꝟtutem corpus nõ traderemus.Tũc
eñ vna cũ corpe animus interiret.Itaq; nullo mõ eſſet
virtus,cuius grãtia mortẽ pleriq; ſubſtulerũt,ſed a di-
uis viris ſufficienter oſtenſum & demonſtratũ eſt,ꝙ
animus eſt immortalis,& ꝙ ꝑ ſolã ꝟtutem ornať & re
ſplendet.nunc vero p̃ſens p̃ceptum concludẽtes,ad ſe
quentia tranſeamus,ſolum p̃fatis addentes,ꝙ ut per
ignorantiã exiſtentiæ noſtræ,omne malũ ſuꝑaccedat
ita eius cognitõe,& reꝝ turpiũ cõtentõe,rõnalis natu
ra vbiq; decoꝝ firmiter ſeruat & inuenit.Hæc eñ ꝑti-
culatim ꝟtutũ mẽſura eſt.Nã ſi ut ad regulã quandã,
ad exiſtentiã noſtrã inſpexerimus,quod oporteat re-
cta rõne in oĩbus inueniemus,apte & conſtãter eſſen-
tiæ noſtræ viuẽtes.Quicqd ei meliorẽ oĩm facit,ipſum
ad bonam & vere conuenientẽ vitam ducit.hoc certe

Digitized by Google

virtus eſt,& philoſophiæ lex.Ea vero quæ ſolū ad hu-
manam pulchritudinē ꝑtinent,illiberales doli ſunt,&
vmbra quædā bonoꝝ,quæ multoꝝ inanem laudem
venanť,quod qui exercent curam ſolū habent,ut bo-
ni videanť,non ut ſint.Et hæc q̄dem de ijs.At q recta
vtitur rōne,in ijs quæ videnť ſine ordine vitę hominū
accidere,non modo prudenter ſe gerit,ſed bene & ge
neroſe conſiderat eoꝝ cauſas,& ipſa patiēter fert.ni-
hilqꝫ contra illos obloqtur,qui nos gubernāt,ſi dignę
cuilibet merita retribuunt,neqꝫ ſimilibus meritis om-
nis dignos fecerūt,qui ſimiliter non uixerūt.quomo-
do em̄ fieri poſſet quum ꝓuidentia ſit,& animus no-
ſter ꝑ eſſentiā immortalis maneat,& ꝓpria ſua volūta
te ad malitiā,ſiue ad ꝟtutem impellať,ut cuſtodes le-
gis q ſcd'm merita retribuūt ſimilia nō ſimilibus red-
danť.& cuilibet vt mereť fortunā tribuant,ꝗ quum ad
generatōem homo ꝓcedit,ſortiri diciť.Si igiť fabula
non eſt,quod ꝓuidentia,ſingulis merita tribuens,ſit.
& animū noſtꝝ īmortalē eſſe manifeſtū eſt,cauſam cō
ſtituiſſe oporteret infortunioꝝ ab eo ꝓcedere,qui nos
gubernat & regit,a q̄ difficilia curari & integrari poſſe
ratio dabit.Si in nobis ipſis igiť cauſas tantæ difficulta
tis & inconſtantiæ inuenerimus.Primo q̄dem recto iu
ditio diminuemus,ſupuenientes nobis erumnas.po-
ſtea ꝑ ſacra compēdia & rectos monitus,animū ad me
liora dirigentes,omnino nos ipos erumnis,liberabi-
mus.Qui aūt in malū aliquod incidit,& cauſam non
intelligit,neqꝫ ſuſpitōem ſupuenientis veriſimiliter ſi
bi mali.homo eſt,q circa omnia imprudēter ſeſe con-
ſueuit habere,quē oratio damnabat.Eum em̄ qui veri
tatē cauſæ diligenter non inqſiuit,neceſſe eſt ꝓprium

Digitized by Google

& ſuum crimen ad deum tranſferre,vel quod omnino non ſit,vel quod noſtri recte curam nõ habet,quę opiniones,non ſolũ ad male viuendũ nos inducunt,ſed ad omnes dolos animũ noſtrꝝ ſollicitant.eumq; eius eſſentiæ cura priuat,quum p̃ſentiũ calamitatũ cauſas non intelligat,de quibus quomõ philoſophari oporteat,ſubſequentes verſus audi.

MVLTAS HOMINES EX COELESTI FORTVNA PATIVNTVR CALAMITATES. QVODCVNQVE IGITVR FATVM HABES HOC AEQVO ANIMO,ET NOM AEGRE FERAS. CORRIGERE ENIM ET REINTEGRARE QVANTVM POTES OPORTET. NON MAGNAM PARTEM CALAMITATVM BONIS DEVS TRIBVIT.

N te aliam expoſitõem illud p̃ſcire oportet,q
a calamitates,nũc appellat laborioſum & durꝝ huius vitæ noſtræ curriculũ,vt eſt morbꝰ,pauꝑtas,chariſſimarꝝ rerꝝ ꝑditio,dedecus in ciuitate.Hęc em̃ moleſta,& incõpoſita ſunt in hominũ vita,non tamen omnino mala,neq; ipi animo nocẽt,niſi horum cogitatõe ad vitiũ labẽt,quod male opinãdo accidit,ſi ipe animus,noluerit recte & prudẽter ipſis vti,ut eſt ſanitas,diuitiæ,potentia.fit em̃ ſæpe ut hæc aliqs ęgre & horꝝ cõtraria,morbũ,pauꝑtatẽ,imbecillitatẽ,ęq̃ animo alius ferat.Ea em̃ quæ omnino mala ſunt ex volũtate peccata oriunt̃ quorꝝ natura nõ fert,ut ꝟtus eis adiungat̃,ut ſunt,iniuſticia,luxuria,& alia q̃cunq; boni adiunctõem non capiũt.Nulli em̃ horꝝ recte adiungi poteſt hoc ꝟbum bene.abſurde q̃dem diceret̃,iniuria

tur bene, luxuriat̃ bene, vt de malis exteris dicit̃, mor-
bum bene, pauperiẽ patit̃ bene, quoniã prudẽter & re-
cta rõne talia q́ſpiam fert. Vitijs ṽo animi nõ ſnpad-
dit̃ bene, quoniã recte rõni aduerſant̃, quæ quũ natu-
raliter animo hominis inſit, eam ipſe animus affectiõe
obcæcatus non videt. At ꝙ recta rõ animis hominũ in
ſit, ſatis ꝓbat ꝙ homo iniuſtus, vbi non nocere ſibi cre
dit, iuſte iudicat. & luxurioſus abſtinet qñq; a venere-
is, & oĩno vitioſus vir vbi nulla ſibi affectio eſt, ijs quę
ſibi ſupueniũt recte vtit̃. Itaq; vitioſus ſi priorẽ maliti
am reliq́rit, ad ṽtutem traduci poteſt. Relinquere ta-
men etiã oportet rõnem nõ rectã, ne hęc ita ſibi malo-
rum principiũ eſſet, ut recta rõ principiũ fuit ṽtutis, ꝑt
eñ recta rõ tanq; lex in ciuitate, ea q̃ ſcd'm ipam, & q̃
ꝑter ipam pagũtur, diſcernere & determinare. & aliq̃
accipe & ꝓbare, aliqua cõpeſcere & moderari. Itaq; ni
hil decet, quod ad vitia principiũ ꝑbeat, ſiue illis inſitũ
ſit, ſiue malefaciẽdi cauſam tradat. Ad ṽtutes ṽo prin
cipiũ maxime inuenire cõuenit, quod qñq; ſemotũ eſt
a rõnalibus exiſtentijs, ut eſt deus, qñq; ipis inſitũ, &
ꝑ ſubſtantiã cũcta actõne gubernans, ut eſt recta rõ, q̃
q́dem eſt maloꝝ diſcretio & diuiſio, quoꝝ aliqua non
ꝑ affectõem, ſed cœleſti fortuna hoĩbus tribui dicit, q̃
nunc in nobis ſunt, q̃ poſtea vitia volũtaria ſubſequũ
tur, calamitates eñ hoĩbus inſiſtentes, ut diximus, or-
namentũ a ṽtutibus accipiũt. Nam parcus viuẽdi mo-
dus, pauꝑtatẽ ornauit. & humilitatẽ generis prudentia
magnifecit, & natoꝝ mortẽ, iuſtus æquo animo tulit,
qui recte dicere poteſt, mortuus eſt mihi filius. reddi-
tus igitur eſt quem reddi oportebat. noueram equidẽ
mortalem illum fuiſſe. Similiter & omnia alia, quæ

virtus ſuo ſplendore amplectitur fiunt pulchra, Dein ceps inquirendum eſt, quæ ſit fortuna cœleſtis a qua homines calamitates capiunt. Nam ſi diuinum iudicium alteri diuitias, alteri paupertatem tribuit, cœleſtem hoc voluntatem vocare decebat, non fortunam. Si vero nihil talibus ſuperſtat, ſed ut forte & caſu accidit, alium fœlicem & fortunatum, alium vt aiunt, infœlicem, & male fortunatum eſſe, fortunam ſolum oportebat hoc appellare, & non cœleſtem fortunam. Si autem ſecundum merita cuilibet conueniēter, aut præmia, aut pœnas retribuit, procurator noſtri Deus qui cauſa ipſe non eſt, ut boni, aut mali ſimus, retribuere vero merita ſecundum leges iuſticiæ ſolus poteſt, apte coniungens cœleſtem fortunam iudicij ſententias appellauit. Nam quod ex intellectu dei iudicium procedit, ſententias ipſas cœleſtes & intellectuales nominauit. quod vero propria voluntate contra quem iudicium fit, deturpatur, & ob hoc digne calamitates patitur, adiunxit fortunam, quoniam non principaliter aut hic, aut ille ut puniatur, aut honoretur deo ſubijcitur, ſed quia bonus aut malus ſit, cuius rei cauſa in nobis eſt. Complicatio igitur & commixtio voluntatis noſtrę, & illius iudicij fortunam gignit. Itaq; totum hoc diuinum iuditium, ſuper malis facinoribus, eſt cœleſtis fortuna. & ſic inducit vocabulorum quandam artificioſam inuentionem, ſid appellans diuinam ſubſtātiā, & noſtri animi poteſtatē. Itaq; calamitates hoībus, neq; a fato, aut ꝓuidētia oīno eueniunt, neq; forte aut caſu, neq; oīs hoīm vita, in eorū voluntate ponēda ē. Sed ea q̄ nos peccamus, ad volūtatē noſtrā referre

oportebit. Ea vero quæ ꝓ ſceleribus ſcd'm legem iudi
cij ſequunt̃ ad fatum, omnia vero bona principaliter a
deo data ad ꝓuidentiam referenda ſunt. Nullam em̃
rerꝫ omniũ quæ ſunt, quæq; fiunt cauſam vanam, aut
fortuitã eſſe putandũ eſt, niſi forte ꝑ concidentiã & cõ
iunctõem eorꝫ quæ ꝓcedunt a ꝓuidentia, fato & volũ
tate principaliter agentibus, quæ ꝑ conſequentiã vidẽ
tur accidere primis operantibus cauſis, ut exẽpli gra-
tia. Iudex homicidã punire intẽdit, & non hũc hominẽ
Punit tñ eum quẽ nolebat, quoties ille homicidæ con
ditõem accepit. Itaq; principaliter ſentẽtia cõtra homi-
cidã fert̃, ꝑ concidentiã ṽo contra hũc hominẽ, quoni
am ſua ductus volũtate, homicidæ conditõnem acce-
pit. & ecõtra. Homo malus interficere intendebat, ac
pœnam dare nolebat. Itaq; principalis interficiẽdi di-
ſpoſitio eſt homicidæ, tanq̃ a volũtate & poteſtate ei-
us dependẽs, ac ꝑ concidentiã hanc malã animi diſpo
ſitõem & volũtatem ſe torturę & cruciatus, quorꝫ omi
um cauſa eſt lex, quæ iudici malos puniẽdi volũtatem
imponit, & homicidæ ſupplicij ſententiã adiũgit. hoc
& in diuina p̃ſtantia cõſidera. voluntas humana mala
operari intendẽs & volũtas iuſtorꝫ iudicũ male facta
omni induſtria corrigere ſtudentes, tali cõcurſu cœle-
ſtem ꝑficiunt fortunã, ꝑ quam, q mala cõmiſit talium
pœnarꝫ dignus fit. nam cupiendi mala ad poteſtatem
ipſius cõtra quẽ iudiciũ fert, ac ꝙ digna ſequat̃ pœna
ad diſciplinã iudicũ, quæ legem ſeruat cauſa referẽda
eſt. Hæc lex cõducit, quæ ordinata eſt, ut quãtũ poſſit
bona ſint omnia, malũ nullũ hæc in bonitate dei conſi-
ſtens, nõ ꝑmittit malos impunitos eſſe, ne diu vitiũ in
mentibus hoĩm ꝑſeuerans, ad id eos impelleret, ut bo-

Digitized by Google

na omnino non intelligerēt,quorꝫ recordatōnem neceſſariā pœna a iudicibus illata tradit. Coniūgit igitur lex ut dictū eſt eos,q naturaliter iudicare debēt,cū ijs cōtra quos naturaliter etiā iuditiū ferēdū eſt,& p vtroſq; ꝓprium cōſicit bonū. Si eñ dare pœnā vtilius eſt q̄ nō puniri,& ad correctōem malorꝫ pœna ſpectat,manifeſtū eſt q hæc duo genera apte lex coniūxit,aliud vt iuuet,aliud vt iuuet̄,atq; id quod punit illi quod punit̄ anteposuit,qa legem ſeruat,id v̄o quod peccat & iudicat̄,qa legem frangit meliori tradit generi,ut illū digne tractet,& legis reminiſcat̄,& eam q̄nq; intelligat p quā male patit̄. legem eñ quā malefaciēdo homines oderūt,male patiendo cupiūt & amant,ut is q iniuriā alteri facit,deū eſſe nō vult,ne dādo pœnā tanq̄ Tātali lapidē īpēdentē ſubſtineat,is v̄o cui iniuria illata ē deū eſſe vult,ut in ijs q̄ paſſus ē auxilium habeat. Quāobrem q iniuriā intulerūt,iniuriā patiant̄ oportet ut quod dum malefaciebāt lucri cupiditate affecti nō intellexerūt,pauperiei dolore correcti ſi pœnas dederint patiendo cōdiſcant. Si aūt duritia & immanitate volūtatis in ſceleribus pſeuerāt,ipi forte nō multū iuuat̄. Exemplū nihilominus ut corrigant̄ maxime fiūt ijs q ſapiūt,& q cauſas harꝫ calamitatū intelligere pn̄t. hæc iuditij principia potiſſima eſſe accipimus,bonitatem dei legē ab ipa ꝓcedentē bonitate rectā rōem quę in nobis eſt abiectā & violatā,& vt quendā deū nobis domeſticū poſtergatā & ſpretā. Effectus q̄q; iudicij calamitates,ut dicit hæ ſunt,quæ durꝫ nob is circa corpus & extra miſerā faciūt vitā,q̄s patiēter ferre p̄ſens vult orō & memoria,cās ipſarꝫ tenere,ac q̄tū fieri pt q̄ nociua vident̄ diminuere,& ad vtilitatē trāſferre & p̄ci

pue diuinis bonis ſeſe per ſummam virtutem dignos præſtare, quod ſi nondum hoc in voluntate ſit. hoc eſt per ſummã virtutem diuina ac ciuilia bona per mediã virtutem adipiſci oportebit. Hoc autem eſt quod dixit calamitates æquo animo ferre oportere, atq; eas quãtum fieri poteſt corrigere & ſanare, quæ correctio & ſanitas, certe ea omnia quæ dicta ſunt, quibus & calamitatum ex ratione ꝓcedens voluptas, & compendioſa curatio demonſtratur. Sed omniũ dictorum caput eſt intelligere deum, quia legum lator ſimul & iudex exiſtit, bonorum ſemper factor eſt, & malorum expulſor eſt, quo ſequitur nullius mali Deum eſſe cauſam. Vitioſos vero proprio impetu & poteſtate rectæ quæ in ipſis eſt rationis oblitos, lege quæ malorum expultrix ut malos & ut homines, quia lex eorum male volũtati adiungitur, quam fortunã vocamus, non enim ſimpliciter lex hominem punit, quia homo, ſed quia malus. Nam ut malus fieret ob cauſam ſuæ propriæ voluntatis euenit. Quum autem in ſcelera cecidimus quod in nobis erat, & non in Deo. tunc damus pœnas quod in lege, non in nobis eſt. Intentio autem ſola legis eſt, quæ deum decet, & nobis prodeſt malitias abſcindere, & purgare homines varijs pœnarum correctionibus, ac animum qui iam ad vitium deciderat reducere ad recte rationis memoriam. Sic igitur conſiſtente lege, & eadem ſemper dicẽte & affirmante quilibet id quod meretur, aliud atq; aliud aliquando cõmittens, non ſemper eadem patitur. non enim id iuſtum eſſe, nec nobis vtile. Nam illius contra quem iudicium fertur mutatio, iudicij mutatiõem facit. quo pacto enim eadem merebitur is qui in eadem ſenten-

Digitized by Google

tia,& in eodem exercitio non manſit.æquo animo,igi
tur cœleſtem fortunam pati opotet.Et ſi quis pœnas
dederit non ægreferre.Nam diuinum iudicium pur-
gat homines ijs vitijs,quæ impedimento eſſe viden-
tur ad fœlicitatem humanæ vitæ,talis enim conſidera
tio correctio quædam & ſanitas ante cõmiſſorum fit,
& reductio ad rectam quæ in nobis eſt ratiõem.Quo
pacto enim is qui intelligit ſcelera & vitia parere cala-
mitates,non fugiet cauſam eum ad illa trahentem,ac
ſi infortunijs triſtari & dolere oportet,magis propter
ipſum oportere putabit,ꝙ propter Deum,qui ꝑ ius vt
inſtrumento vſus malitias corrigit & expellit,quibus
rebus reminiſci & intelligere poſſumus,quantũ vtile
nobis erat a legibus Dei non diſcedere,neq; voluntate
noſtra impulſi malefacere.Non eñ forte aut caſu cala
mitates homninibus diſtribuuntur,ſi Deus & termini
iuſticiæ non ſuperſtantes ut merentur ſingulis fatum
inferunt.Quamobrem a calamitatibus magna bona
rationabiliter naſcuntur.Primũ quidem ipſas,homi-
nes manſuete ferunt,quia diuino iuditio ſatiſſit,& ꝓ
pter virtutem quam iam poſſident,qua moleſta facili-
ora fiunt,& bene de futura vita ſperatur,nequaꝙ ta-
lia nos turbatum ire,ſi nobis qui boni facti ſumus ꝑ
ſummã virtutem diuinã offerunt,per mediam huma-
na.Poſtea ſanemur ex hoc maxime,quia æquo ani-
mo talia ferimus,vias & modos quibus ab ipſis libe-
remur breuiter addiſcentes.Fieri profecto nullo mo-
do poteſt,ut ij qui prouidentiã & iuſticiã ſuper inſpi-
cere humana negant,ſacris ut ad Deum decet preci-
bus vtantur,quiq; etiã putãt animũ noſtrꝫ ꝗ immorta
lis eſt,talia non ſortiri, ex ijs quiextra animum ſunt,

Digitized by Google

qualem ipſum ex volũtate & cõmotione noſtra dignũ pſtabimus. Qui em̃ ad ſuperius dicta pſentem fortu-
nam non refert, vnde cauſam & ipſam ęquo animo et manſuete ferat, aut curandi artem accipiat, dicere non poteſt. nam in nobis ipis vt pacato animo ſimus me-
dicinã inuenire non poſſumus, quum ex ipſa re fugi-
enda eſſe videant̃, qa calamitoſa & laborioſa ſunt. Ta-
lia em̃ natura noſtra non immittit, ut ob hæc accepta, aut non accepta bonũ aliquod expectemus, quũ cala-
mitates illas ferimus. neceſſe igit̃ erit turbari & ægritu dine impleri, & calamitatẽ extẽdere ob noſtræ eſſen-
tiæ ignorantiã, & nihilominus dare pœnas. is ṽo ma-
ximam ſibi acqrit malitiã, q deum ignorat, & humana nõ recte curare putat. hoc qdem eſt Deũ eſſe nõ crede re, vel ſi fuerit nõ puidere, vel ſi puiderit, neq bonum neq iuſtũ eſſe, quæ iam omnis pfidiæ ſunt principia, & ad omne malitiæ & vitior genus trahẽtia eum q ta libus eſt captus opinionibus. nam ut religio oĩm ṽtu tum mater eſt, ita a religione diſceſſio omniũ vitiorum dux. hor ṽo ſalubrẽ curã is ſolũ inueniet, q æquo ani mo calamitates ferre didicit, ac doctrina ſolius eſt phi-
loſophię, q̃ rer omniũ eſſentias penitus cognoſcere, & opera quæ ipſas eſſentias ſequunt̃, quor connexio & ſeries eſt ipſar rer omniũ miniſtratio, a qua cœle-
ſtem fortunã tribui neceſſe eſt. Meritũ aũt cuilibet di-
ſtributũ eſt, quod nũc fatũ appellamus, idq a puiden tia dei a rer ſerie, & hominũ volũtate dependet. Nam ſi diuina puidentia nõ eſſet in mũdo, ſeries & ordo nõ eſſet, quẽ forte qs fatũ vocare poteſt, quæ ſi nõ eſſent iudiciũ & pœna vitijs nõ fieret, immo neq meritũ, ne q beneficior laus. Prouidẽtia ṽo & rer ſerie exiſten-

tibus omnes homines qui nunc gignunt̃, oportebat æqualiũ bonorꝝ participes eſſe, ſi ipi ex ſe nihil fecerũt ꝓpter quæ ſimiles non ſunt. vident̃ tamen non ſimilia ſortiri. Manifeſtũ igit̃ eſt, ꝙ voluntatis noſtræ iniquitas ꝓuidentiæ iudicio ſuppoſita non ꝑmittit ſimile ipſis fatum diſtribui, ſi neceſſe eſt bona malaq; ꝓut mœremur nobis inferri, nec conturbet nos quod in animalibus brutis, & in arboribus, & in ijs quæ anima carẽt, idem quod in hominibus accidere videat̃. Nõ em̃ ob hoc ea quæ nobis aduenıũt ſine ꝓuidentia ſunt. ſi aut illis hæc ut forte accidit euenerũt, aut iuſticia & iudicio & ꝟtutis & malitiæ rõnes in illis vigeãt, quũ in nobis diligenter & vere ſic, ut dictũ eſt, quæ veniũt, diſtributa ſunt. Primũ ea q̃ anima carent, ſic poſita ſunt, vt cõmunis materia arboribus & brutis animalibꝰ & hominibus, atq; aliqua ex animalibus cibus fiunt communiter brutis & hominibus, qua in re bruta animalia cum hominibus ſimilitudinem aliquã adinuicẽ habere vident̃, nõ ꝙ ſcd'm eorꝝ merita patiant̃, ſed ꝙ ſimilem famẽ, ſimileq; morbũ curent, & eorꝝ indigentiam implent vndecũq; poſſint. Itaq; cauſa q̃dam infœlicitatis alijs animalibus eſſe videt̃ noſtra indigẽtia, q̃ ſibi ex oĩbus ꝓut eueniũt ſatiſfacit, atq; id quod illis cauſa fœlicitatis eſſe videt̃, nobis paſſionem aliquã infert. Si igit̃ ſupioribus dictis alios nobis meliores eſſe monſtratũ eſt, ſic illi ad ſatiſfactõem eorꝝ indigentiæ nobis abuterent̃, vt nos brutis videmur, ut mortales illos eſſe oportebat fateri, & hominũ corpora pro illorum indigentia conſummata eſſe viderent̃, certe nihil quod homini præponitur mortale erit, quum ex omnibus generibus quę ratione vtuntur, vltimum ſit hominum

genus,& ob hoc immortalis homo ad mortale corpus noua conditione accedit,ſibiq; inſtrumentũ accipiens brutis conſanguineũ in terris verſatur. Itaq; nihil omino erit quod noſtro infortunio ad ſuam epulatõem abutatur, neq; quod nobis ſine ordine impletõis cupiditate veſcat. Iuſticia vero & ordo qui dijs immortalibꝰ nobis melioribus exiſtit, terminos & leges circa noſtram gubernatõem ponit, ut viam & modũ inueniamus, quibus malitia noſtra diminui poſſit, & quibus ad illos redire valeamus. nos em̃ illi ut conſanguineos decidentes curãt. vnde pudor, accuſatio, dedecus a vitijs depellẽs ſolos homines recte ad ꝟtutes reducere poſſe dicunt̃. nam rõnali ſolũ animali a natura datum eſt, ut iudiciũ & iuſticiã intelligat. Quum igit̃ magnis terminis a brutis diſtemus magna differẽtia in regimine, & moderatõe viuẽdi ab illis differre debemus. Cõmenſurata em̃ eſt omniũ rerꝝ eſſentijs ꝓuidentiæ lex, & ut ſingula ab opifice Deo ſtatuta & facta ſunt, ſic a ꝓdentia meritũ accipiũt. Nam ut Platoni & Pythagorico Thimæo, q̃ nihil mortale a deo accurate creari putant videt̃, Deus ſingulis animarꝝ humanarꝝ supereſt. In brutis vero ſolũ rerꝝ genera naturæ ꝓtẽdit, quę res ipſas poſtea facit & fingit. Ac animas hominũ ex ipſius Dei creatõe fieri & gigni, ut cœleſtes Deos, ut dæmones, ut heroes claros. Quãobrem vnicuiq; hominũ ꝓuidentia eſt quo pacto ab alijs abſtineat, quove ad alia inclinet quomodo hic ꝟſetur, quo ve nũ ad aliũ locũ ſe transferat, quorum nihil de anima bruti excogitare, aut negociari decet. Neq; enim quia non poteſt ad Deum accedit, neq; in terris, vt planta cœleſtis, neq; aliquod ſimile ſibi aſtrum referri naturaliter poteſt. Et

hæc quidem in præſenti dicta a nobis ſint, humanos ca ſus & calamitates ægre ferentibus, & ijs qui nihil omĩ no a prouidentia regi, oſtendere & probare conantur. Quibus & hæc etiam apte dicerentur. Pacifice & æq̃ animo dura & ea quæ difficilia ſunt ferendo, humana vita ratione regi videtur. & in præſenti dura illa & dif ficilia faciliora & leuiora fiunt, & in futurum ſalutem pariunt. Qui vero ob infœlices caſus magna & vehe menti ægritudine afficiuntur, quid auxilij ſibi affe runt, niſi ꝙ per impietatem, quæ omniũ malorum ma ximum eſt, erumnarum aliquid ſuper adiungunt, & ipſas calamitates indignas, atq; iniuſtas ſibi putantes, difficiliores ſibi faciunt. Nam qui ægrotat, ſi morbum ægre fert, ob id ipſum quod non patiens eſt, vehemẽ tius ægrotabit. Quare dolere nos non decet, ſi digna pro facinoribus retributio nobis datur, ne per nefan dum in præſentibus impatientiã ægrotatiores habitu fiamus. Conſideremus etiam iſtud, & hoc modo. Si quis in paupertatẽ deueniens, manſuete illam & non iniquo animo ferat, ex hoc animi moderatõne ſolamẽ vitæ aliquod inueniet. Ratio eñ moderati regiminis hanc primum ſibi facultatem acquiret, ꝙ mœrore nõ confundetur. quum etiam ꝙ proximi magnam ei us patientiam admirantes ipſius vitæ neceſſitati quã tum poterunt auxiliabuntur. Qui vero caſus huma nos ægre fert & effeminate luget. Primum quidem ſponte dolorem ſibi & ægritudinem augmentabit, quum deditus propter paupertatẽ mœſtitudini impo tens omnino fiet, neq; ex ſe ſibi ſuppeditare aliquid poterit neq; a proximis adiutus erit, niſi forte quis mi ſericordia motus aliquid ſibi largiat̃ quod etiã homi

ni in tanta indigentia exiſtenti mœrorem augmentat. Quas ob res caſus humanos æquo animo ferre oportet, & eorꝫ cauſas rōne cogitãtes & intelligentes quantũ fieri p̄t, a pꝰuerſis opinionibus ad ſalutē nos deduci oportebit. Nam ꝓuidētia exiſtēte q bonus nũc factus eſt, nō negligiť etiã ſi trahať ab antiquæ voluptatis memoria, quũ in acqrendo ꝟtutes, in acqſitōe ipſarꝫ ꝓfugit, & ſalutē & auxiliũ a ſeipo erumnarꝫ ſibi affert, nã a ꝓuidētia liberatōem moleſtiarꝫ capit. Vitia eĩ noſtra calamitates cōcipiũt, ac dei iudiciũ prauitatē punit, q bus oportune iterꝫ mũdamur, ſi noſtra ꝟtute & lege ꝓuidētiæ noſtro impetu ad bonũ ꝓficiſcētes, a malis abſoluimur. hæc qdem ſunt q̄ ex ſentētia horꝫ ꝟſuũ ad ꝟtutis cōfirmatōem & formã conferentia accipe poſſumus. cōtinent em̄ de ꝓuidentia, de fato, de nobis ipſis veriſſimas rōnes, p q̄s id quod videť difficile & durũ ꝓpter incōueniēs, direxit & rectificauit orō, & ante oĩa ꝓbauit, deũ nullius mali cauſam eſſe. Si qs aũt hęc prioribus adiũxerit, vna & oĩbus oſtendeť ſentētia, q̄ æternitatē animi cōfirmat. nã iuſticiã exercere, & forti animo mori, & in pecunijs liberalē eſſe, illud maxime reſpicit ut dictũ eſt, animũ ſcilicet cũ corpe vna nō interire. At ut cœleſtē fortunã manſuete feramus, & ut ægri ſanari poſſimus, ut paulo añ apparuit, opus ē putare & credere animũ noſtrꝫ non vna cũ corpe gigni. Ex quibus duobus manifeſte oſtenditur animum aliam q̄ꝫ corpus ſubſtantiam habere, quæ per ſe exiſtit & æterna habetur. non enim poſſibile eſt, ut aliquid qđ aliquo tempore in generatōem venerit, perpetuo maneat & duret. & ſimili modo id quod ab æterno ſubſtantiam accepit, corrumpi non eſt poſſibile. Si igitur

Digitized by Google

poſt corpis corruptõnem humanus animus perma-
nens & durans iudicium & pœnas patitur, & eorum
quæ in vita exercuit cõdigna mēte accepit, neq; fieri
poteſt ut ſemp pmaneat & duret, quod in tpe factũ fu
it. Manifeſtũ eſt animos hoīm añ hoc p omne tempus
ſubſtitiſſe, & ſic ex creaturis æternis quas opifex deus
fecit animi hominũ eſſe inueniunt, quam ob cauſam
illis aliqd diuinæ ſimilitudinis ineſt. Sed quũ hoc me
diocriter p ingenio explanauerimus, tempus iam eſt
reliq cõſiderare. MVLTI HOMINIBVS SER
MONES INTERVENIVNT TIMIDIQVE
ET BONI, QVIBVS NEQVE OBSTVPEAS
NEQVE TE IMPLICARI PERMITTAS. AC
SI QVOD MENDACIVM DICATVR DVL
CITER CEDE.

H Vmana volũtas quas neq; in v̄tute ſp, neq; in
vitio pſiſtit v̄ba p vocē puenientia, mõ bona,
modo mala pducet ſimilia diuerſæ diſpoſitõi
volũtatis ſuæ. Quãobrem ſermonũ aliq ſunt veri, aliq
boni, aliq mali, aliqui falſi, quæ qdem differentia arti-
fitioſa eget diſcretõe, ut bonos ſuſcipe, malos depelle
re poſſimus. & neq; omnino ſermones oẽs ppter mē
daces oderimus, neq; oẽs indiſcrete propter veraces
ſuſcipiamus, nam q nullũ audit, bonæ orõnis auditõe
ſe priuat, Qui v̄o indiſcrete oẽs audit, occulte a mē-
dacibus offendet. Audiamus igit libēter alior orõem
ſed cũ alacri iudicio, vt audiēdi volũtas omne ſermo-
nũ genus capiat. Iudiciũ aũt peiores depellat. & ſic Py
thagoricũ ſeruabimus p̄ceptũ, neq; ppter prauos ſer-
mones obſtupeamus. neq; bonos, qa ſermones ſunt
ſimiliter, ut praui ſint vitemus. Primũ qdem ea ratõne

amplectimur,q̄a ſunt ſermones,ſed quia veri,neq; alij ea rōne ſpernunt q̄a ſermones,ſed quoniā mendaces. Preterea audacter dicere poſſumus,eos eſſe ſolū ſermones q̄ veri ſunt.hi em̄ dūtaxat rōnalis ſubſtātiæ dignitatē ſeruant,& ex animo ad optimū intēdente,& ꝓprium ornamentū poſſidēte ꝓueniūt.Falſi ṽo ſermones nequaq̄ ſermones habēdi ſunt.Ad malitiā em̄ & falſitatē ferūt,& ṽboꝝ nobilitatē perimūt.& ſunt voces animi ſine rōne,& cōturbati,neq; omnes inq̄t igiť ſuſcipias ne & falſos.neq; oēs depelle,ne & veraces, vtrunq; em̄ vitioſum eſt,bonos ſcilicet æque odiſſe ut malos,& falſos ſuſcipe ꝓpter veros.Oportet igiť bonos laudare,eoſq; accipiētes exercere.& inq̄rere,vbi, & quantū veritatē attingūt.Ad repugnādū quoq; falſos ſermones,vires accipe,q̄ ab artificioſa rōne ꝓuenientes,veritatē a mēdatio recte diſcernēt,& q̄ mēdaces ſermones reducere ad veritatē poſſint,quod q̄dem nō ſupbe,aut inrituoſe faciēdū ē,ſed māſuete veritatē ſeq̄ debemus,& ſuaui rep̄hēſione mendaciū amouere, & depellere,& ut ip̄e textus dictat.Si quod mendatiū dicať humiliter credere,nō ita tamē credere oportet,ut mēdacio aſſentias,ſed ut ſine ira,& cōturbatōe animi audias.nam dulciter cede.nō ita intelligēdū eſt,ut mēdacio aſſentiamus,ſed ut patienter audiamus,& non obſtupere,ſi q̄ hoīes inutiliter a ṽitate deuiarint.Ferēda em̄ hoīs cōditio eſt,ſi in tāta opinionū reuolutōne, q̄nq; cōem intellectū nō recte ſequať,nihil miꝝ inq̄t rō,ſi homo nihil ṽitatis ex ſe inueniens,neq; ab alio addiſcēs,in hāc ſuſpitōem inciderit,ut opiniones ṽitati cōtrarias accipiat.Contrariū q̄dem potius mirari deberemus,ſi neq; didicerit q̄s,neq; inq̄ſierit adueni-

ens caſu & fortuna veritati, ut deo cuidam ex Tragedia apparẽti obuiaret. Oportet igitur patiẽter, eos q mendacia loquunt, audire. & experiri, qbus malis liberemur, ſi in cõmuni hoĩm cõuerſatõne iiſdem paſſionibus, ut illi ſuppoſiti auxilio & beneficio diſciplinæ cõtrarij illis fiamus. Multũ pfecto cõducit, audentia & magnanimitas, quã ex diſciplina capimus, ut æq̃ animo & mãſueto ſimus. nã bene inſtitutus animus, ad repellendũ reuolutões vitatis pacifice mẽdaces opiniones feret, tanq̃ in ipa veritatis cõtemplatõe qcqd verũ nõ ſit, excogitauerit & intellexerit qd, hũc igit tanq̃ hoc inſolubile foret cõturbabit. viro aũt forti opinioonẽ hæc diſciplina ſubminiſtrabit, q̃ cautiõem contra õme mẽdaciũ accipiet. nõ ſolũ igit bene inſtitutus vir tranqllitatẽ animi, ex morali vtute acqret, ſed qa talibus pugnis reſiſtere audebit. Et hæc qdem dicta ſint de diſciplina iudicij & diſcretõnis, ergo ſermones, de habitu vo hoĩs, q nequaq̃ decipi poſſit, quemq̃ magiſtrũ vitæ habere oportet, ſtatim ſubiũgit.

QVOD TIBI DICO IN OMNI RE PERFICIAS. STVDE VT NEMO TE VERBIS DECIPIAT, AVT FACTO. NEQVE ID LOQVARIS TIBI QVOD NON VTILE FIAT.

h Oc præceptum omnia reſpicit, æquale enim eſt ſuperius dicto. Nunq̃ turpe aliquid facias ſolus, neq̃ cum alio. atq̃ tui ipſius ante omnia pudeat. Q ui ſui pudorẽ habere didicit, neq̃ in ſolitudine, neq̃ in ſocietate turpia facere patietur, ſed cogitatõnem etiam ipſam turpitudinis vitabit propter ratõnem quæ ſui cuſtos eſt. & quam ſecũ

Digitized by Google

habet.hic certe eſt qui facile huic p̄cepto obtempera-
bit.Nemo te v̄bis decipiat aut facto.Is ſolus em̄ deci-
pi,aut fraudari vllo modo nō poteſt,q quantū dignus
ſit,quantū mereat̃ intelligit,qꝗ neq; blanditijs circū-
uentus eleuat̃,neq; minis deprimit̃,hoſtes vel amici q̄
cunq; hoꝝ ꝓponant.nam quū nemo dicit̃,omnis pſo
na cōphendit̃,pater,tyrānus,amicus,inimicus.mo-
di vero qbus homines deducunt̃,v̄bis tractant̃ aut fa
ctis.& v̄bis qdem aut blandientibus,aut minātibus.
factis vero munera,vel pœnas pollicitātibus.Ad quę
qdem omnia recta rōne ſeptū animū habere oportet,
ut neq; vincat̃ neq; flectat̃ a qbuſcunq; nobis extra in-
cidētibus,quæ voluptatē nobis afferant,vel dolorem.
Ratio em̄ quæ in nobis eſt,continentiā atq; fortitudi-
nem vtrinq; animo noſtro conſtituēs adamātinos cu-
ſtodes,ita nos ſeruabit,ut neq; ſuaui aſſentatōne,neq;
timiditate formidoloſoꝝ decipi poſſimus,qbus reb9
ſumma viget iuſticia,quā ſupius facto & v̄bo exerce
ri p̄cepit.Sic em̄ nemo aliquo modo nos inducet,ut
qcq̄ aut dicamus,aut pagamus,quod recte rōni con-
ſonum non ſit.nam ſi ante omnia noſtri pudeat,mani
feſtū eſt q nemo nobis reuerentior,aut formidoloſior
erit,q̄ noſmetipſi ſumus,ut nos vltra q̄ opportunū ſit
ad dicendū,aut faciendū ꝓuocare poſſit.vtrunq; enim
animo nocet,ac qcquid animo nocuū eſt,nobis fit in-
utile,quum noſipſi animus ſimus,diligenter qdem il
lud intelligendū eſt cōphendens qualis ꝓprie tu es.
Si em̄ id quod dictū eſt.Nemo te factis aut v̄bis indu
cat,ut quicq̄ facias,aut dicas quod tibi vtile nō ſit.Tu
v̄o es rōnalis anima,non pmittes ſi ſapiens fueris,ut
aliqs tibi rōnali ſubſtantiæ exiſtēti noceat,tu enim es

Digitized by Google

anima,hæc vero corpus,hæc extra corpus.ex qua quidem differẽtia comphendas has naturas cõmiſceri nõ poſſe,& quæ ſit humana ſubſtãtia inuenies,nec vnq̃ corpus,& ea quæ extra corpus ſunt,cũ ijs rebus quę ꝑpetuo ſunt,pones.neq; ꝓ ipſis tanq̃ ꝓ rebus tuis certabis,nec a voluptatibus corpis,& ab auaritia traheris, nam omnino qui ſumus ignorãtes,quã rem maxime curare debemus,ignorabimus.Quippe qui circa res omnes alias curatiores ſumus,q̃ circa noſmetipſos, pro quibus diligentiam vehemẽtiſſimam nos habere oporteret.Si aũt id quod corpe vtit̃ eſt anima,corpus aũt inſtrumẽti vicem erga ipam tenet,inſtrumẽti quoq; cauſa,alia ad auxiliũ naturæ fluentis ipſius corporis inuenta ſunt.Manifeſtũ ꝙ principalioris & primi primã & principaliorẽ diligentiã & curam habere oportebit.Secundũ vero ſecũdi.Quãobrem vir ſapiens corpis ſalutem nõ negliget,nõ ꝙ principalius corpus putet,ſed illud nutriens ad ipſius neceſſitatẽ,vt in ipſius exercitijs ſine impedimẽto obtẽperet & obediat.& poſt ſecũda iurabit ea q̃ tertio loco ponẽda ſunt, ꝑparabit quoq; ea quæ extra ſunt,ad inſtrumenti ſalutem.Curabit igit̃ primũ animã,& quaſi ſolam,ſi cura quã circa res alias habemus,ad ꝑfectõem ipſius ſpectat.Quicqd eñ ꝑter ꝟtutẽ fit,hoc tibi vtile non eſt. nam illi cui veritas ſolũ & ꝟtus opitulat̃,cui ꝟtus vtilitatem affert,qcquid ꝑter ꝟtutem fit,affert dãnũ.Qui ergo dicit,nõ oportere a ꝟtute diſcedere,cõſulit ut decoro ꝟtutem circũdes,q ita cuſtodiat,ut neq; operib⁹ neq; ꝟbis ad peiora quiſpiam inducere poſſit,veluti ſi minas Tyrãnus ꝓponat,aut ipas re firmet,aut potius vim inferat,aut amicus aliqs familiaritate dolũ oc-

cultans,te ab vtilitate animi dimouere conet̃.Sed non decipieris qdem,ſi quæ ſit exiſtentia tui intelligẽs,vehemẽter intẽderis,ut illi cui naturaliter aſſimilaris,ſimilis fias,ac quicqd ab illius ſimilitudine te deuiat,maximã tibi iacturã putes.illud em̃ nobis maximum damnũ affert,quod nos a ſimilitudine Dei abducit,& ecõtra id nobis vtiliſſimũ eſt,quod ad talem ſimilitudinẽ nos cõducit.Quid igit̃ nos abducet? qs poterit nos a philoſophia,& ſimilitudine Dei diſtrahere? pecuniarũ ne acqſitio? an pditio,ſed recta rõne didicimus,& adipiſci eas & pdere? & iſtabilitas eaꝝ poſſeſſiõis nos nõ latet.Quid? nõne hic pecunias ꝟtuoſe acqrere,& magnanimiter illaꝝ pditõem patiet̃? ab eo q nõ habet pecunias fur nõ ſurripiet,naufragiũ ſibi illas nõ auferet.quotquot aliæ viæ ſunt quæ pecuniaꝝ pditõnem afferũt? in qbus ꝓ ꝟtute cõſideremus rõem,honeſtã pauptatem,libẽter ꝓ pecuijs ſuſcipiẽtis,& iuſta cauſa diuitijs denudati,tanti ꝟtutem emamus,quantũ is q nos ab ea diſtrahere conat̃,nocet.Sed dicet qſpiã torturas ne patiet̃ & mortem,cui facile reſponderi poteſt.nos ſcilicet hęc non pati,ſi intelligimus qd nos ſumus Sed corpus erit,quod iniurias feret,corpus quod occidet̃ nihilq; pter eius naturã patit̃.naturaliter em̃ mortale eſt & ſcindi poteſt,& mille paſſionibus ſubiectũ,quã tyrannus magis q̃ fortuitus infert morbus.Quare igit̃ ea fugimus q̃ a nobis vitari nõ pñt,& nõ ea ſeruemus potius q̃ in nobis ſunt,mortale em̃ naturaliter & caducũ,ac morti damnatũ,nullo mõ mortalitatẽ a ſe expellere poteſt.Immortale ꝟo,ut animus noſter ẽ.& nos ita ꝟtute fulcire & ornare poſſumus,ut ſi qs minet̃ mortẽ,nõ timeamus,quã rõne patiamur,recta vo

luntate neceſſitatē naturæ honeſtabimus. Hæc āt ſunt illa magna, q̄ alter alteri, aut minatur inferre, aut timet ab alio ſubiugari, & in ſeruitutē duci nō poſſunt. Sed libera ſunt ſi nos velimus, hoc eſt ſi voluptate corpis, aut eoꝝ quæ extra corpus ſunt vehemēti affectōne libertatē noſtrā volētes, nō admittamus, momētanea vita, & pecunijs fœlicitatē animi vendētes. Eqdē hoc p̄ceptū nos docet, in oī re ea facere. qb⁹ roboret̄ ꝟtus & firmet̄. ſed ad cōſequētia trāſeam⁹, q̄ eadē p̄cepta referūt̄ CONSVLTO ANTE OPVS, VT NON STVLTA FACIAS. VILIS ENIM ET TIMIDI HOMINIS EST FACERE AVT DICERE, QVAE SINE INTELLECTV SVNT. SED ILLA PERFICE QVORVM POSTEA NON POENITEAT. BONVM CONSILIVM GIGNIT VIRTVTES, ET PERFICIT, ET CONTINET EARVMQVE EST MATER nutrix & cuſtos.

c Onſultātes ei defecato & qeto aīo quō nos viuere oporteat, decoꝝ ꝟitatis cęteris reb⁹ p̄ponit. illudq́ꝫ deligit, certare āt volēs in oī certamīe viriliter pugnat & vicit, & acqſitōi reꝝ bonaꝝ iā exercitatū eē, ī calamitatib⁹ ſnīam ītegrā ſeruat, nihilq́ꝫ alieno tumultu ſtupefactū, nullā aliā vitā fœlicē eē putat ab ea, quā ex ſe optimā eē iudicarat, q̄re res ſunt boni cōſilij effect⁹. Primus electio optīę vitę. Scd's exercitatio illius q̄d electū ē. tertius recte cōſultoꝝ īmutabilis ſeruatio. hoꝝ primus ē rō an̄ pricipiū opis, q̄ initia factorū ponit. Medius ē rō operās, q̄ cōparat q̄dcūq́ꝫ factū p̄cedētib⁹ principijs. Tertius q̄q́ꝫ ē rō, q̄ in ip̄o ope cōſiderat oīa facta, & iudicat ſi recte facta ſint. In qbus omnibus boni conſilij effectus floret, quod virtutes

parit,nutrit,& ſeruat tanq̃ principiū mediū & finis bo-
norum,& fuga maloꝝ,& virtutū ꝑfectio in bono con
ſilio ſita ſit.Nam quum natura nobis rōis compos ſit
& ob eam cauſam cōſilij capax,& ꝓpria volūtate bene
aut male cōſulendū inducimur,modus viuendi ſcd'm
naturā vitæ ſeruat eſſentiā.Importunā ṽo volūtas,q̃-
tū poſſibile ē,ipām eſſentiā demolit̃ & deſtruit.Deſtru
ctio eñ immortalis rei,eſt malitia & viciū facti,cuius
malū cōſilium eſt mater.Quod ut fugiamus,rō mo-
net,ut ſtulta quæ facimus nō ſint.Stulta enim miſera
ſunt & mala.dicere quoq̃ ſtulta,aut facere,vilis & ti-
midi hominis eſt,hoc eſt infelicis ꝓpriū.ſi autem ante
opus cōſultaueris,neq̃ dices qcq̃ ſtultū,neq; facies,
in qbus triſtari & angi neceſſe erit eos,q non recte cō-
ſuluerūt.Nam defectus & tabes electōnis pœnitētia
oſtēdit̃.res eñ & experientia nocumentū docet,ut ip-
ſius boni cōſilij effectus,recte & iuſte electōis in ope-
ribus vtilitatē demōſtrat,vtilitatē dico,nō corpis,aut
eaꝝ reꝝ quæ extra corpus ſunt.Sed noſtrꝝ qbus con-
ſultare ante opus p̄ceptū fuit,& illa ꝑficere,quæ non
triſtificent nos,hoc eſt animū.nam quę vtilitas nobis
euenire poteſt homicidijs,aut alijs ſceleribus,aut pe-
cuniaꝝ preda,& extra ditari,& pauperē animū fieri,vi
cijs ſupuenientibus,& in hoc aut imprudentē eſſe.&
ob id ipm infortuniū & malū augumētare,vel intelli-
gere ea quæ ſceleſte cōmiſeris,& conſcientia torq̄ri,&
pœnas timere quæ apud inferos retribuunt̃.qui vero
ad hoc inciderūt,ſolam maloꝝ medicinā inueniūt pu
tare & credere animū noſtrꝝ poſt mortē nihil fore.Ita-
q̃ tanta calamitate circūueniunt̃,ut a nihilatiōe animi
coꝝ malitiā curant,& ſolent̃,& interitū poſt mortē ſui

Digitized by Google

ipſius dijudicāt fugam fore laborū iudicij. Malus eñ & ſceleſtus, eius animā immortalē eſſe nō vult, ut cruciatus pœna nō ferat, & apud inferos iudicē nō inueniat, atq; ſui ipſius finalē interitū decernit, tanq; deceat malā animā nō fore. Sed hic qdē malo cōſilio, ad maliciā ſubductus, decēter vltra q̄ oporteat, cōtra ſeipum ſententiā ꝓmulgat. Verꝝ iudices q apud inferos ſunt, qq; ſcd'm veritatis normā iudiciū faciunt, non iudicabūt animā oīno interire debere, ſed malā eſſe, & ut malum ſuū diminuat, curabūt, ac ꝓ ſalute & cōſeruatiōe naturæ, more medicoꝝ, ferro & igne mala ulcera curātes, peccatoꝝ culpas exigent, & pœnitētia malitiā animæ nō exiſtentiā auferre nitunt̄, ſed ad ſe potius reducūt ꝑ purificatōem affectionū pnitioſaꝝ. Dubitari quidem quod animo poteſt, ne humanus animus ad non eſſe ſubducat̄, quum a ſua natura diuertit, veluti quū ad ſuā naturā reuocat̄, ad ꝓpriam ſubſtantiā reducit̄, atq; puꝝ & ſinceꝝ eſſe recipit, quod cōmixtione paſſionū corruptū fuerat. Quãobrē oēs homines niti oportet maxime, ut nō peccēt. peccātes ꝟo tanq; ad malitiȩ & peccati mediū ad iuditiū refugere, & malū conſiliū bono conſilio corrigere, quū a bonitate deciderimus. Recipiemus igit̄ exiſtentiā noſtrā, ſi fida firmaq; pœnitētia diuinā correctōem acceptauerimus. Nam talis pœnitētia philoſophiæ principiū fit, & verborꝝ operū q; ſtultoꝝ expulſio, & ad ꝓbatā vitam primus aditus. nam ij añ opus recte beneq; cōſuluit, in moleſtū dolorē non incidit, neq; decipit̄, principia & caſus tradēdus ijs rebus, quaꝝ fines & exitus ſibi gratia in futuꝝ non ſint, ſed reꝝ caſus conſiderãs præſentia futuris compoñit. Itaq; neq; expectatōe rerum q; fœlices videntur

Digitized by Google

ſyncerum & verũ bonum nõ intelligit, neq; timore aduerſitatũ adliqd mali & iniuſti faciet. Vitam eñ ſuam firma mẽte dirigit ad diuina p̃cepta, ut aũt intelligas timidi hominis eſſe ſtulta facere aut dicere. Inſpice Medeam Tragędia ea, q̃ ſecum luget, quæ inconſulte ꝓpinquos amore illicito decipiens, peregrino ſeſe tradidit viro, a quo poſtea ſpreta, duriſſima pati putat, atq; ex tali opinione, audis qualia exclamet. In caput meũ, flãma cœleſtis irrũpat. & p̃mittit ſtulte rogitãs, ad facta ſceleſta ea fieri q̃ facta ſũt. Poſtea calamitates ĩ q̃s ĩciderat calamitatibꝫ curare nitit̃. At q̃ etiã, ſi vis, inſpice Agamennonẽ apud Homerꝝ, q dans intẽperate iracundiæ pœnas, lugens exclamat. Furia me tenet, Corerumpitur, & inflammatõem luminũ, qua diu ob iracundiam flagrabat, decidentibus mutatiſq; illi rebus lachrymarum abundantia refrigerauit. Talis quidem eſt omniũ ſtultorum vita, huc & illuc contrariјs affectionibus cadens. nam in voluptatibus eſt odioſa, in triſtitia miſerabilis, audens vero temeraria, timens quoq; puſillanimis, & omnino boni recti q; conſiliј & generoſi animi expers eſt, & mentem fortunę ſupponit. Vt igitur talibus rebus non implicemur dicentes ſtulta, aut facientes, recta rõne in omnibus vtamur duce, Socraticũ illud explentes, nulli meoꝝ credere poſſum, niſi rõni, quæ cogitanti mihi recta videat̃. Quippe oĩa quæ ad ſeruiendũ & ad obſequelam rõnali exiſtentiæ concedunt̃, noſtra ſunt, non nos illa ſumus, ut eſt iracũdia, cupiditas, ſenſus, ipm corpus ad vſum ĩſtrumẽti talibꝫ potentiјs datũ, quãtũ nulli credere debemus, niſi recte (ut Socrates dicit) rõni, quæ ſcd'm naturam diſponens diſcernere poteſt, quid fugere, qdue ſequi.

oportebit,nam rectæ rationi,& Deo obtemperare,idē eſt,Rationale em̄ genus ſuum ſplendorem ſortitū,illa eadem vult,quæ diua lex determinat.Animus quoq; ſcd'm Deum diſpoſitus,eadem cupit quæ Deus,& q̄cunq; facit,ad diuinū ſplendorem illud pagit.At animus qui ecōtra diſponit̄,ad impium impellit̄,& obſcurum veniet ut accidit deductus tanq̄ a ſola bonorꝝ regula,hoc eſt ab intellectu,& Deo decidens.Hæc & talia ſunt boni cōſilij fœlices effectus,& cōtrariæ diſpoſitōes infœlices.nam cōſultare an̄ opus,p̄ter alia bona q̄ in ſe habet,dubitatōis cauſas tollit,& ad ſciæ acqſitōem nos aduocat,& optimā atq; ſuauiſſimā nobisminiſtrat vitā,quæ qdem p ſequētia ꝓbat.

NIL FACITO QVOD NESCIAS,ET DISCE QVAE VT DISCAS OPVS EST,ET DVLCISSIMAM HOC MODO VITAM PERAGES

n Ihil incipe quod neſcimus,ſine errore nos ſolum ſeruat.diſcere v̄o quæ ad optimā vitā ptinent,nō ſolū nos ab errore dimouet,ſed optatū finē nobis in rebus p̄bet.Prudētia em̄ temeritatē ex ignorātia & ſuſpitōe ortā ,ſcindit & expellit.Nā q acqrit ut peritiā rerꝝ habeat,factorꝝ expeditiōem acqrit. vtrunq; em̄ vtile eſt,& intelligere quas res ignoramus & addiſcere quæ neſcimus,quibus rebus adiuncta ē, optima & ſuauiſſima vita,quæ ſuſpitōe caret,& eſt rerum peritia plena.Quippe quæ nihil tentat qd' neſcit, & addiſcere cupit q̄ ſunt digna ſcitu,digna q̄q; ut addiſcimus illa ſolū putat,q̄ ad ſimilitudinē Dei nos inducūt.illa dico q̄ faciūt,ut ante opus conſultemus,ne ſtulta ſint,& ea quæ nos non permittunt debitum

iuſtumq̧ tranſgredi ope alicuius, aut oratõe, & ea quę nos ad dijudicandũ differẽtiã eorꝫ, quæ nobis accidũt idoneos facit, & ea q̃ pſuadent & hortant̃, ut cœleſtes fortunas patienter & pacifice feramus, & curari velimus, & q̃ docẽt pauptatẽ ſine timore, & mortẽ ferre, & iuſticiã exercere, & ventris, & eorꝫ q̃ ad ventrẽ pertinẽt cõtinentiã, & parentũ honorẽ, & ea q̃ nos ad ſeruãdas amicitiæ leges impellũt, & ea q̃ religionis genus Deorꝫ oſtendũt. Hæc & talia ſunt, q̃ pſens orõ addiſci oportere pcipit, qbus adiũcta eſt, ut ſupius diximus, vita ſuauis & optima. Nam q eſt ꝟtute præditus, fructum accipit a voluptatibus, quæ nullã pœnitentiã inferãt, quęq̧ ipas ꝟtutes imitant̃. naturaliter eñi omnis voluptas ab aliquo actu dependet, non ipa p ſe ſubſiſtit, ſed adiũcta eſt rebus, quæ nobis aut hoc faciunt, aut illud. Itaq̧ viles & vitioſos actus, male ſequunt̃ voluptates, meliores ꝟo ꝟtutes imitant̃. Vnde q ꝟtute p̃diti ſunt, nõ ſolũ bonitate malos ſuperãt, ſed etiã ipſa voluptate, ppter quã ſolã videt̃ vitioſus ad malitiã ſubduci. Nam quãto affectus vnus alio affectu melior ẽ, tanto magis vnã voluptatẽ q̃ aliã eligere deberemus. Quum igit̃ vita, quæ cũ ꝟtute ducit̃, ut Deo ſimilis fiat, ſtudet, certe diuina illa quoq̧ quæ cũ vicijs ferina & impia, manifeſtũ eſt quod ꝟtuoſi & boni hoĩs voluptates deorꝫ læticiã imitant̃, intellectui adiunctæ & Deo. Vitioſi vero & mali hominis voluptas, ſcit hoc cõmune verbũ, ut temeraria fera mouetur. Nã voluptates & calamitates in medio ſitæ ſunt, & qbus q, vnde, quando, & quãtum oportet, acqrit, fœlix eſt. Qui ꝟo harũ rerũ menſurã ignorat, infœlix. Itaq̧ q ſuſpitõe vitã ſuam purgat, ſolũ ſine errore manet. & ſi eam perita rerũ

Digitized by Google

impleat purgatus eſt,& pſectus.cuius vita dulciſſima ſimul eſt & optima.Ergo quæ neſcimus nunq̄ aggrediamur,ac quæ ſcimus,tūc operemur,quum oportet. ignorantia em̄ malitiam inducit,ſed rerum peritia opportunitatē querit.Nam multa quæ bona ſunt,& v̄tuti innituntr̄,mutatōe temporis fiunt vitioſa.Intelligendū igitr̄ p̄ceptū illud eſt ex ordine.nam quum hortatur nihil temere & ſine maturo conſilio ad faciendū aggredi;ut ſine errore ſimus,docet.Quum vero ſuadet nos addiſcere non omnia,ſed ea ſolum quæ neſcimus,ad optima facta nos inducit,non em̄ ut non errādo conſtat recte factū,ſed in cognoſcendo ea quæ factu opportuna ſunt;quorꝫ hoc qdem ſuſpitiōis purgatio.Illud aūt rerꝫ cognitio cognitio facit.In quibus duobus non errare,ſcilicet & recta facere,aduerte quod tibi pſequatr̄,eo modo neqt.dulciſſima vitam perages.quæ aūt hæc?ea certe ſola quæ a v̄tute voluptatē acqrit.hic em̄ ſimul cōcurrunt,& bonū & voluptas.Si igitur bonum cupimus,cupimus & dulce,quod vitam dulciſſimam appellat.Qui v̄o voluptatē cum turpitudine eligit,q̄uis parump ob illud dulce lætetr̄.Tamen ꝓpter turpitudinē ad moleſtā pœnitentiā venit.At ille qui v̄tutem laboribus mixtam alijs rebus p̄ponit,q̄uis ꝓpter incōſuetudinē aliquantulū patiatr̄,quum coniunctio boni diminuit laborem,& tandem a virtute purā, ſinceramq̄ voluptatē colligit.Si aūt quis cū voluptate turpe aliqd faciat,voluptas diſcedit,turpitudo manet. Ex qbus facile apparet,vitioſam hominū vitam moleſtijs ex neceſſitate plenam eſſe & doloribus.Virtuoſam vero ſuauitatibus & dulcedine,& hæc ſuper his ſatis,Quum autem & corporis inſtructio,ad animi p

fectionem refertur, vide cōſequenter q̄d ſubiungat.

NEC SALVTIS CIRCA CORPVS NEGLIGENTIAM HABERE OPORTET, SED POTIONIS, ET CIBORVM, ET EXERCITIORVM MENSVRAM FACERE. MENSVRAM DICO, QVAE TIBI MOLESTIAM Nō INFERAT.

m Ortale corpus ad deductōem humanę vitę p instrumēto nobis datum, neq; ſupfluo cultu pinguefacere decet, neq; nimia indigētia affligere, nā æq̄ vtrumq; eius vſum impedit & aufert, immo mediocriter ipſi indulgere debemus, & neq; iniuſta patiēs, neq; morbo ægrotū ſpnere. Præceptū igitur hoc, hortat̄ corpus nobis ſcd'm naturā ſeruari oportere, ut expedite, atq; libere operā ſuā duci animo p̄beat, utq; traduci, ſequiq; poſſit ad quācunq; partē ille iubeat. Animus em̄ corpe vtit̄, corpus animo vſum p̄bet cuius curā & diligentiā habere oportet bonū artificē. Nam nō opus eſt ſolū, ut illo vti velimus, ſed cōuenienter puidere, ut robuſtū & bene ſanū nobis miniſtret et ſeruiat, eius em̄ natura, in cōtinua generatōe & corruptione ꝟſat̄, & impletio & euacuatio ip̄m nutriūt. Nā mō cibus quod egeſſit ſupplet, modo exercitia qd' ſup eſt euacuant. Menſurā igit̄ cōſtituere oportebit, implendo aut euacuādo. Menſura aūt eſt rō coaptans & cōiungens corpis habitū, opibus animi, & ob eam rē diligēter curandū eſt, ut talem corpi ſalutē p̄ſtemus, q̄ philoſopho cōuenit. Sic igit̄ ea exercitia faciemus, ea nutrimēta eligemus, q̄ nō nimiū corpus pinguefaciant, neq; vltra modū mentē impediant, non enim ſim

pliciter corporis curam habere debemus, ſed corporis
menti, & intellectui ſeruientis. Quare nutrimenta, q̃
athletis ꝑtinent, relinquẽda ſunt, curæ em̃ corporis ſo
lum rõem habẽt, non animi. Atq; oĩs q cultus corpo
ris appellat̃, fugiendus eſt. nam obſtat ſplendori & lu
ci intellectus animi. Quantũ aũt ad doctrinã conſide
ratõem, & bonoꝝ operꝝ ꝑfectõem, cult⁹ corpis bonę
habitudini ſubſeruire & ꝓdeſſe poteſt, tãtũ ſuo corpo
ri indulgebit is, q prudentis viri vitã eliget. & ob hoc
ſubiũxit. MENSVRAM Dico q̃ tibi moleſtiã nõ in
ferat. Tibi inqt p̃ceptoꝝ prioꝝ cuſtodi, q animus rõ
nalis es, culturæ corpis mẽſura nõ noceat. Tales em̃ ci
bos, taleſq; potões & exercitia eligere oportet, q̃ cor
pus ad ꝟtutes ip̃m faciãt obſequioſum, & q̃ nõ ferãt
ſtultas effectões ad cõmotõem rõnis, q̃ in om̃i re dux
noſtra eſſe debet. Magna qdem intentõne cõſiderare
opus erit, menſurã diligẽtiæ & cultus circa corpus. ab
hoc em̃ naſcit̃ cauſa maloꝝ affectionũ, nõ obedit ma
lus equus, nõ ſimpliciter oĩbus, ſed illi aurigaꝝ q lora
opportune nõ tractat. In mẽſura ꝟo circa corpus ea cã
de potõe prius q̃ de cibis p̃ceptũ dedit. qm̃ difficilius
abſtinemus vino, quod corpis bonũ habitũ corrũpit.
Nã multo facilius labimur potui, q̃ comeſtioni. Gym
naſia ꝟo tria ordinata ſunt, q̃ ciboꝝ impletõem corri
gant & rectificẽt, & rurſus vt cũ ſanitate nutriamur, p̃
parant̃. nã q̃ſi in circulo hęc adinuicẽ cædũt, nutrimen
tũ & exercitia, & exercitia & nutrimẽta. Vt em̃ qs ex
erceri recte poſſit. bene recteq; eum nutriri oportebit.
Sic ut ſalubriter nutriat̃ modeſte exerceri. Hoꝝ vero
menſura eſt alia aliĳ ad ꝓprium exercitiũ culturæ cor
poris cuilibet cõuenientis, omnes em̃ ſtudent corpus
inſtrumentũ facere, ad illã rem quã elegerũt. Luctator

agilitatis ad paleſtram, colonus laborum ad agricultu ram, atq; alius ad aliud trahit & coaptat corporis admi niculũ. Ac philoſophus ad quod inſpitiens volet cor- pus inſtruere, & cuius rei inſtrumentũ ſtudebit, ut fiat manifeſtũ eſt ꝙ philoſophiæ & operꝵ ad eam ſpectãti um. Vt igitꝰ corpus prudentiæ inſtrumentũ eſſe poſſit, nutries illud & inſtrues. ꝓcipue qdem animæ curã ha bebis, ob quam & corpis habenda eſt diligentia, non em̃ ipm corpus animæ ꝓponendũ, ad cuius vſum no bis traditũ eſt, neq; oĩno negligendũ ꝓpter ipam aĩam ſed cõueniẽter & ex ordine corpis curã tanq̃ de inſtru mẽto habere, eãq; referre ad animi ỽtutẽ, & corpis ſa- nitatẽ. quãobrẽ, nõ vndiq; appetitui corpis obſeq̃mur ſed ſolũ q̃tũ oportet. Sunt em̃ aliq̃ q̃ auferri ſumiq; nõ decet, qa grauãt corpus, & ſpiritũ animi ipi corpi inſi- tũ, ad paſſiones materiales trahunt. de qbus in ſequẽ- tibus eſt ꝓceptũ, quod ait.

VITA EDVLIA, QVAE DIXIMVS IN PVR GATIONIBVS ET LIBERATIONE ANIMI DIIVDICANS, TALIA ENIM OMNINO RE LINQVENDA SVNT.

Ex ijs ỽo q̃ accipe & comedere licet, & quã- titatẽ mẽſurabis, & tp̃s, & ut dicit Hippocra tes, horã pſcrutaberis, locũ, ætatẽ, & oĩa q̃ ei- us gñis ſunt. nõ cõſyderate cõcedit comedere, ea ex q- bus accipe decet, neq; indiſcrete iuuenẽ & ſenẽ ſimili- ter dietare cõuenit, neq; ſanũ & valitudinariũ, vel inci pientẽ philoſophari, & eũ q ad ſummum philoſophiæ proceſſit. hæc autem omnia ſimul comprehendit Py- thagorica menſura, cum illa additione, hoc eſt, quæ

tibi moleſtiã non inferat.oĩa em̃ q̃ adiuuãt bonã rectã qꝫ philoſophi vitam,ad indulgentiã corpori adhibẽda fore,hoc breui ꝟbo hortatus eſt.Quum em̃ de ſalute animi dixiſſet,addidit,NEQVE Bone valitudinis circa corpus negligentiã habere decet.Ibi em̃ vtentis animi ꝟtutem oſtẽdit,hic inſtrumẽti ſalutẽ.Coniũge igit̃ hæc illis,& inuenies qs ille ſit,quẽ hortat̃ talem oportere ſeruare mẽſuram,& ordinẽ circa corpus,quæ tibi moleſtiã nõ inferat,queqꝫ nõ impediat philoſophi propoſitũ,in auxiliando animę ad ꝟtutẽ ducẽti.Potõnis aũt & cibi menſurã dixit rõnem quæ ſupfluitates & defectus dehortat̃.Mediũ vero & menſurã hortatus ẽ ex quo facilius poſſumus ventrẽ,ſomnũ,venerẽ,& irã cõtinere,hoc quod nũc menſura dicit̃,immẽſum in illis rep̃hendit & punit,& triſtem ægritudinẽ expellit & diligentẽ animũ ad Deũ trahit.Oportet em̃ dum ipſe animus ad intelligendũ ꝟſat̃,ſinceritatẽ & quietem habere,a turbulẽtis affectõibus,atqꝫ inferiora bene recteqꝫ ſibi ordinare,ad ſupnoꝝ conſideratõem & intelligentiã.hoc erat menſura quæ moleſtiã tibi non inferat.hoc cõtinere ventrẽ,ſimul & inſtrumẽto ſalutẽ parere.hoc ꝟtutem animi oſtendere.hoc corpis habitu nõ nocere.ps em̃ ꝟtutis eſt intelligere,& ſcire ſalutẽ inſtrumẽto p̃bere,& ip̃m ad philoſophicũ vſum coaptare.Quum nõ ſolũ in comedendo & exercitijs,ẽ corpori cura adhibẽda,ſed in multis alijs,vt in veſtimẽtis calceis,varijſqꝫ alijs vaſis & ſupellectilibus,& opinione omnia hæc ſuſcipiente.Opus ergo eſt,ut in his mẽſura habeat̃,quæ delitias exterminet,a noſtro viuendi modo,& ſorditatem.apte igit̃ ſubiũxit.

CONSVESCE DIETAM HABERE PVRAM.

ET FIRMAM.

Tude ea facere, quæ inuidiã aliјs nõ inferãt.

ſ Non expẽdas importunæ q̃ bona ſunt. id em̃ eſt imperitorꝛ, neq; illiberalis eſto. Nam in oĩbus modus eſt optimus. Non ſolũ inquit in edulijs & potõibus mẽſura eſt optima, ſed in oĩbus alijs. Ea em̃ expurgat q̃dcunq; peccatũ p ſupfluitatẽ, aut defectũ committit. Nam in oĩbus (q̃ ſupra diximus) multa extra menſurã fiũt. alia qdem ad immoderatas mũditias alia ad ſorditatẽ nos impellũt, quorꝛ vtrũq; vituperandũ eſt, & alienũ a maioribus philoſophorꝛ, q cõmoditatẽ & modeſtiã corpis cõſiderant. Anima em̃ lautities, delicatio fit & mollities, ut nimia parcitas, ſordidũ & immũdũ. Vt igit̃ neq; illud patiamur diu lauti. neq; hoc parci, dũ eſſe velimus, ſtemus in medio, & a vitijs vtrinq; adiũctis, declinemus, & alterꝛ alterius cõtinentiã faciẽtes, ita parce viuamus, ut non ſordide atq; ita laute, ut nõ delitioſe. Quãobrem mẽſura oĩno añ ponẽda eſt, in omni corpis apparatu, & tale veſtimẽti genus eligemus, quod mũdũ, firmũq; ſit, idq; cupiamus ad omnẽ corpis ornatũ, q mũdus ſit & diuturnus. decet em̃ rõnalem animũ, q corpis dux eſt, oĩa q̃ ad corpus ptinent, ipi ducẽti rõni ſubordinare, q̃ neq; delitias, neq; ſorditatẽ fert, & cõſiderat oĩa oportere eſſe modeſta, q̃ ſuæ dignitati conueniũt. ipa em̃, ut ad delitias nõ trahat̃, parcã vitã exercet, utq; ſorditati & turpi materiæ nõ habitet, mũdum & ſyncerꝛ eligit, ut veſtẽ nõ ſubtilem, ſed mũdam, vaſa non aurea aut argẽtea, ſed ex alia minus p̃tioſa materia mũda, nihilominus domum non p̃tioſis lapidibus florentem, neq; vltra modum magnam aut pulchram, ſed aptam vſui corporis

humani. In omni malo viuendi, delitias tanꝗ rem non vtilem, excludit. Mediocritatē vero mūdam, vt maxime ſatiſfacientē humano vſui, hortať & ſuadet. Etēm veſtis, domus, & vas omne, tūc pcipuā vtilitatē ſui prębet, quum mediocre & aptū eſt. Quid ēm oportet magnā habere lancem, ſi parum ferēdum ſit, quid ſordidam, ſi epulum deturpat. Quid domū maiorē, ꝗ vſus poſtulat eorum, q vno angulo ipſius commode ſtare poſſent. Quid quoq; ſi talis eſt, cuius habitatio vſum non habet. Id idem & in alijs inuenies, vtriuſꝗ rei extrema inutilia ſunt, niſi mūditiæ ſint ſine ſorditate. Superāt ēm ſimul vtilitates menſurā, ſuperauit & ad infinitum procedit cupiditas. Quamobrem omnia quę in hac vita tibi eueniunt, mediocritati adiunge, quæ reprehenſiones extremorum vitat. CONSVETCE inquit viuendi modum habere mūdum: Poſtea animaduertes lapſum ad delitias, addidit durum, & quia ex duro facile quis ad ſorditatem labi poſſet, ſubiunxit, mundum, ſemper caſum alterius cohercens alterius obiectu, ut vita viro digna ſit, & homini ratione vtēti conueniat. Nam ſi hoc modo vitam inſtituemus, magna alia fœlicitas nobis adueniet. Inuidiam quoꝗ quæ innata eſſe rebus immenſis ſolet, fugiemus. Si nihil nimis (ut in prouerbio eſt) fecerimus, nec eius & familiares noſtros cōtra nos ipſa īuidia irritabit, vt poſſint modo, ut delitioſos, modo ut ſordidos, uituperare. & nūc in pdigos, & dilapidatores pecuniaꝝ. nūc in auaros, & parui animi homines nos excuſare. Omnes enim qui talibus vicijs laborant, ab his qui ſecū familiaritatē exercēt, ꝗ modeſti nō ſunt, & mediū nō ſeruāt vituperantur. Hoc eſt quidem quod de inuidia mani-

ſeſtat p̄ceptum illud. Talia facere fugias, quæ iuſte a multis vituperari poſſunt. Iuſte q̄dem & a multis ea vituperant̃, quæ in modo viuēdi delitias habēt, aut ſorditatē. In expendēdo v̄o, aut auaritiā pecuniarꝝ, aut ꝓdigalitatē. Quare liberalitas & modeſtia, ut oſtendāt oportebit p oēs ab extra, actõẽs & geſta prudētiā animi habitum & menſurā, quæ in omnibus & res optima. Opus eſt eñ hominũ q̄etem q̄renti, quantũ fieri poteſt, inuidiā fugere, & nõ, ut belua q̄dam, cũ ipa cõtendere, ut ſine animi cõmotõe ad v̄tutes ꝑficere poſſimus. Vitam v̄o ſine inuidia ꝑtranſiemus; ſorditatē fugientes, & delitias, & ſtultā ſupbiam. Ex q̄bus duo mala naſcunt̃, & pullulant. Erogatio pecuniarꝝ inopportuna. & retentio, quorꝝ illud q̄dem ꝓ ſupbia vituperat̃, hoc aũt ꝓ auaritia & puſilanimitate, vtrunq; liberalitas fugit, q̄ v̄tus in erogandis recipiendiſq; pecuniĳs v̄ſat̃, quæq; id fieri quod oportet in additis & expenſis inuenit, atq; omnia q̄ extra ſunt recte rationi ſubordinat. Hæc ſunt, quæ Pythagoras in ſuis verſibus, de his quæ circa corpus & extra, optimũ & laudabilem vſum habēt, p̄cipit & hortat̃, ut ob hæc v̄tutis pulchritudo appareat, ſed caput omniũ facit p̄ceptum quod ſequitur.

FACITO ILLA QVAE TIBI NON NOCEANT.]

Onſidera anteaq; quicq; facere incipias. Sæpe vſus eſt hoc monitu, vt quum dixit ea ꝑſitias, quæ poſtea moleſtiā nõ inferat. Quum etiā menſurā inq̄t, quæ tibi moleſtiā non inferat. & nemo te iudicat id facere aut dicere, quod bonũ non ſit. Hic igit̃ quaſi in vnũ conſpectu omnia ponēs, dehor-

tatur ea capere & facere quæ nocent. Vtilia vero, ut exerceamus hortat̃. Ac bene hoꝝ vtrunq;, tum diſcerni quum ante opus, q̃d faciendũ, qdve non faciendũ ſit, conſideremus. Tempus em̃ bene conſulendi tũc nobis adeſt, quum adhuc opus nõ inceperimus, & hic iterum ſic intelligendũ eſt. Quæ tibi non noceãt, veluti illud. Quæ poſtea tibi moleſtiã non inferãt, teq; q homo es, rõnalem exiſtentiã eſſe cõſtitues, qui ut dictũ eſt, philoſophaberis, & ut dei ſimilitudinẽ acqras, ſtudebis. Tu qdem qa homo & rõnalis exiſtentia es, qcqd extra rõnem, qcquid extra legem diuinã, qcquid impedimẽto tibi ſit, ut ſimilis Deo fias, intelliges. talia em̃ nos offendere ſolent, in ſocietate hominũ nobiſcũ viuentiũ, & in gubernatõe corporis, quod coniũctum nobis eſt, & eoꝝ quæ ad eius gubernatõem ſunt inuẽta, quæ pecunias appellari conſuetũ eſt, q̃ q; ad corpis vſum ſunt. Oportere igit̃ p̃cipit diuinoꝝ bonoꝝ amatorẽ timere, ne ſibi pſuadeat̃ aliqd facere, quod nõ bñ ſuccedat, & ut ea corpi nõ indulgeat, qbus ipſe in ęgritudinẽ incidat, neq; aliqd ſuſcipiat, quod philoſophandi ſtudiũ impediat, cuius rei poſtea pœnitebit. Hęc autem omnia a cogitatõibus noſtris expellẽda ſunt, vt factoꝝ a nobis repetitio iucũdiſſimã habeat memoriã, de qua in ſequẽtibus p̃cipit, ita inquiens.

NON SOMNVM MOLLIBVS OCVLIS SVSCIPIAS, ANTEAQVAM DIVRNORVM OPERVM VNVMQVODQVE TER RECENSVERIS, VBI PRAEVARICAVI. QVID FIERI OPORTEBAT QVOD NON FECERIM, INCIPIENS A PRIMO PERCVRRE OMNIA. AC POSTEA SI TVRPIA ADMISE

RIS,AFFLIGE TE ET CASTIGA. SI BONA LAETARE ET GAVDE.

HIc omniũ p̄ceptoꝝ ſententiã collige,& iudicium intimi animi ad hæc,tanq̃ ad diuinas leges ꝓſpitiens,benefacta & malefacta diſcernat. Vnde em̄ & rememoratio poterit nos,ſi turpia admiſerim⁹ accuſare & corrigere,ſi bona fecerim⁹,laudare & ꝓbare,niſi p̄terita rõ leges q̃ſdã acceperit qb⁹ vitã ordinauerit,& ad hos cõſcia nr̄a,tanq̃ ad aliq̃d ſignũ oẽm noſtrã vitã dirigat,& q̃tidie ꝟo tale examen fieri oportere,hortat̃,ut p frequẽtẽ memoriã,iudiciũ ſine errore ſaluetur.ſuadet præterea quum nox aduenerit,ad ſomnũ vertimur,tãq̃ in fine diurnoꝝ operũ ſimus,ut cõſcientiæ iuditiũ ſtatuamus,cubiculare carmen Deo facientes,ſi diſpoſitões noſtras recenſuerimus,vbi p̄uaricaui,quid?quod fieri oportebat,non confeci?ſic em̄ cõmenſurabimus vitam noſtrã legibus nobis datis,rõnem iudicem adiungentes intellectui legum cõditori.Quid igitur legum conditor præcepit?Honorare eos qui ipſa origine,& natura meliores ſunt,ſcd'm ordinem ipſoꝝ exiſtentiæ.Parentes & cognatos magnifacere.Bonos viros amplecti &amare.Voluptates corporis vincere,id quod incorruptibile eſt,pecunijs p̄ponere,& vitæ fragili a diuino iudicio tibi datam ſortem,libenter acceptare.prudentia a deo tibi data lætari,Snĩam ad melius ꝟtere.Doctrinã exercere.Nõ decipi,ac liberũ eſſe ad ꝟtutis ſermonẽ.Bono rectoq̃ cõſilio,anq̃ qd incipiat̃ uti.Ex q̃ pœnitẽtia factoꝝ nõ ſeq̃ falſarũ opinionũ liberꝝ eẽ.Doctrinalẽ vitã ſeq.Corp⁹ & ea q̃ extra corpus ſunt,ad opus ꝟtutis coaptare.Talia legũ cõditor ĩtellectus animus ꝓmulgat.Ratio ꝟo

hęc ſuſcipiẽs ꝑuigil ſui ipſius iudex ſit. Vbi ꝑuaricaui?
Quid feci? & ordine factoꝝ memoriã,propter virtutẽ
ſuſcipit.Poſtea ſeſe inueniens,concorditer & cõgrue
præfatis legibus,diem ꝑtranſiuiſſe fructibus diuinæ
lætitiæ coronatur.Si vero cõtra illas leges ſe quicꝗ̃ fe-
ciſſe inuenerit,ſeipſum reprimat,tanꝗ̃ quibuſdã phar
matijs pœnitentiæ monitu.Quare ſomnum dicit ex
pelli oportere,a conſideratõe rationis,quod facile qſ-
ꝗ̃ feret,ſi corpus a neceſſitate dormiendi vexatũ non
fuerit.Corpus vero ſomnus non vexabit,ſi ſobrie di-
em tranſierit.ob cõtinentiã enim & ſobrietatẽ,neceſſa
rias paſſiones ratio coordinat. Non ſuſcipias inquit
ſomnum anteaꝗ̃ diurnorũ operum ter quodlibet recẽ
ſueris.Recẽſebis quidẽ hoc modo,vbi deliqui? Quid
feci? Quid quod fieri mihi oportebat nõ expleui? Du
obus enim modis erramus,vno ſi quod oportebat,nõ
fecimus,ut ipa verba ſonant.Alio ſi id fecimus quod
non oportebat.Aliud eſt enim bonum opus non ex-
ercere.Aliud res turpes exercere,operatio rerũ turpiũ
Hoc qdẽ qa linqmus,vituperatur.illud qa ſuſcipimus,
ut orare decet,deꝑcari & male loq nõ decet.nutrire pa
rẽtes decet.vexare & cõtumeliã in eos inferre non de-
cet.Qui igiť prima facta,ea q̃ fieri oportebat,facit.qui
ꝟo ſecũda facit,ea facit q̃ fieri nõ oportebat.Itaqꝫ vtrũ
ꝗ̃ ad ęqualẽ ꝙ dammõ iniuſtitiã accedit.Recẽſere qdẽ
nos opa noſtra monet ordinatim a primo vſqꝫ ad vlti-
mũ,nihil in medio relinquẽtes ꝙd intelligiť,ob illud ꝑ
curre oĩa.Multotiens em̃ nõ rectus ordo iudiciũ fallit
qď ꝓpter inordinatã memoriã,male factũ excuſet.Ac
cedit etiã,ꝙd rememoratio ꝙtidianę vitę,ſit meditatio
q̃dã eaꝝ reꝝ,quas anteceſſores noſtri,& qui defuncti

vita ſunt, exercuerũt, eſt immortalitatis noſtræ argumentũ. Illud vero mirandũ eſt, q̃d quũ vnũquodq; recenſendum p̄ciperet, non ſubiũxit. quod recte fecerim, quid quod oportebat a me p̃actũ eſt, ſed ecõtra ad id quod inferius eſt. Primo memoriam adiecit, iuſſitq; ut malefactoꝝ iudiciũ fieret. Iudicẽq; ſtatuit iuſtiſſimũ ſib͛ et p̃pinqſſimũ ip̃am. ſ. cõſciam & rectã rõem, & ſe ip̃m ſibi. Quẽ, ut docuimus, an̄ oẽs vereri decet. Quis eñ alter ita monere alteꝝ p̃t, vt ip̃e ſe. Nam ille qui ea re, quæ naturaliter ſuæ libertatis eſt, abutiť. alioꝝ monitus, cum illis obtemperare nõ vult, repellit. Sed propria rõ ſe ip̃m audiat, neceſſe erit. Hanc Deus p̃curatricem, hanc magiſtrã, hanc & nũc iudicẽ diurnoꝝ operꝝ fecit, & apud ſe iudicẽ ſuſcepit, ut ip̃a rõ p̃mulget & doceat, qd accipi, qdve repelli dignũ ſit, Quum enim qſpiam immemori mẽte tanq̃ in libro, quæ fecerit legit, tunc ad legem quaſi ad exemplũ quoddã intẽdẽs dijudicat ſe, aut honore dignũ, aut dedecore. Quicunq; aũt quotidie tali exercitio vſus fuerit, deo ſimilem imaginẽ accipit, ſeq; aut addendo, aut diminuẽdo, ad pulchritudinẽ v̓tutis corrigit & adducit, & quantũ bono viro facultas dať, conficit. Atq; hic Pythagoras, de ijs quæ ad v̓tutem ciuilẽ p̃tinent, finem facit, ad ea p̄cepta trãſiturus, quæ ex hoĩbus deos formant.

IN HIS TIBI LABOR SIT, HAEC MEDITARE, HAEC TE AMARE OPORTET. HAEC TE VIRTVTIS DIVAE IN VESTIGIA PONENT. ITA PER QVATERNITATEM ANIMAE NOSTRAE TRADENTEM FONTEM PERENNIS NATVRAE.

Digitized by Google

VT in principio diximus, ciuilis philoſophia, ꝑ acqſitõem ꝟtutũ, bonũ hominẽ facit. Inſpectiua ꝟo ꝑ ſplendorẽ intellectus & ꝟitatis ſimilitudinẽ dei exhibet. Neceſſe aũt videt̃, quantũ ad nos ꝑtinet, ut minora maioribꝰ antecedãt. facilius em̃ eſt vitam humanã rõnabili vſu moderari, q̃ꝫ omnino non attingere, quod certe fieret ſi penitus ad inſpectiuã ꝟteremur. Præterea impoſſibile fore videt̃ æquo animo veritatẽ acqrere poſſe, niſi affectões quę ſine rõne ſunt, ꝑ morales ꝟtutes iubente intellectu, coordinaremus. Quum igit̃ animus rõne ſit & ſtultitia plenus tunc ſolum inſeperabiliter priori intellectui adeſſe poterit, quum purificata paſſiones quæ poſt illam erunt, puræ attingit. erit aũt pura, ſi neqꝫ ſtultitia aliqua, neqꝫ voluptate corpis conducat̃, ut alia alio loco aut tempe curet, immo tantũ illis indulgebit, quantũ diuina lex iuſſerit, quæ ſe relinqui nõ ꝑmittit. Immo manere iubet, quouſqꝫ deus ipſe nos liberet. Quum igit̃ animus duplice ꝟtute egeat, ciuili qdẽ, quæ ſupprimat & corrigat, atqꝫ deordinet dementiã & affectões hominũ. Inſpectiua vero quæ ſuperiorꝝ & maiorꝝ ſocietatẽ nobis exhibeat, horꝝ virtutũ in medio, q̃ſi confinia, iacẽt hi ꝟſus. In his tibi labor ſit, hæc meditare. hæc te amare oportet, quaſi concluſio fiat ciuilis ꝟtutis. Illud aũt, hæc te ꝟtutis diuæ ad veſtigia ponẽt, tanq̃ꝫ optimũ initium diſciplinæ inſpectiuę. Qui aũt a vita brutorꝝ liberauit, ſeqꝫ quantũ potuit, ab incõtinentia affectionum purgauit, ob hoc, quaſi ex bruto animali humanitatẽ accepit. Conſequentia vero ꝑmittũt ex homine, quantũ homini poſſibile eſt deũ fieri. Quod aũt hoc veritatis inſpectiuæ finis ſit, his ꝟſibus oſtẽdit, in qbus ſum

Digitized by Google

mum atq; optimū effectū adiungit.Si liqueris corpus
liber ad cœlū venies,eriſq; Deus immortalis incorru-
ptibilis.Qđ vero ꝑ cultū ꝟtutis & cognitōem in eadē
ꝟtute,veritatis reſtitutōem cōſequamur,hic ſacer ſer
mo(ut parū poſt dicemus)oſtendit.Nunc iteꝝ ad ip-
ſos verſus redeuntes,conſideramus,qd ſibi in his ex-
hortatōibus vult,,labor,meditatio,& amor.Totū cō-
uertere animū intēdit ad ꝟtutis ſtudiū.Ipē em̄ animus
rōnalis in ſe ꝑſiſtēs,triplicē habet poteſtatē.nā habet
aliqd ꝑ quod addiſcimus,q̄d nūc,ut hæc meditemur,
ꝑcipit.habet aliud per quod id quod addiſcit retine
mus.quod in his,ut laborem impendamus horta-
tur.habet tertiū,ꝑ q̄d intellecta & retēta cōplectimur,
& amamus,q̄d in hoc ut amemus monet.ut igiť oēs
potētias rōnalis animi cōpoſitas & ordinatas ad ꝟtu-
tū ꝑcepta habeamus,a naturali intelligētia curā & dili
gentiā petit.ab ea ꝑte animi q̄ retinet intellecta labore
ab ea vero q̄ pulchra & bona diligit.petit amorē,ut oī-
um bonoꝝ fructu nobis aduenia cū poſſeſſione ꝑpe-
tua,& innato ad illa nobis amore.Ex qb⁹ diuina ſpes
ſeqtur,q̄ ſplendorē ꝟitatis apportat,ut ipi pollicet̃ di-
cens.Hæc te ꝟtutis diuæ ad veſtigia ponent.q̄d eſt di
cere,hæc te Deo ſimilē facient.ꝑ doctrinalē cauſaꝝ in
telligentiā.Conſideratio cauſaꝝ reꝝ exiſtentiū,q̄ cau
ſæ in opifice deo ſunt,ad ſummā dei intelligentiā nos
ducit,cui ſimul adiūcta eſt ſimilitudo dei,quā ſimilitu
dinē diuinā ꝟtutē appellat,tanq̄ ſub humeris huma-
næ ꝟtutis inuectā,quā ꝑcedere oportebat,hi igiť pri-
mi ꝟſus in phiæ & bonitatis amorē cōcluſionē accipi-
ant,q̄ ꝑeunte,ꝟitatis cognitio ſequat̃,q̄ nos ad diuinę
ꝟtutis ſimilitudinē reducit,ut in ſequētibus oſtēdet̃.

Digitized by Google

Sed ad hanc ꝟtutũ cõiunctõem, opus erit iureiurãdo. Quod ꝟo ꝟtus ciuilis bñ acqſita viã ꝑbeat, ut Deo ſimiles fiamus, bene & ordinate iurat. Nã quod in principio dixit. Iuſiurandũ ſerua, ut a iuramento abſtineamus, ꝑcipit de rebus mobilibus, q̃ euenire & nõ euenire poſſunt, q̃ parua ſunt, & varios patiunt̃ caſus, q̃re neq; dignũ eſt, ut ſup illis iuremus, neq; tutũ. Non em̃ in nobis eſt poſſe talia ad certũ finẽ deducere. De his aũt q̃ neceſſario cõiungunt̃, & maxima ſunt iurare, tutum eſt & decorꝝ. Nam neq; mobilitas rerꝝ nos vnq; decipiat. nodo em̃ adinuicẽ colligant̃ inſpectabili, ſup q̇bus iuramentũ nũc fit, neq; ita humile & puſillũ eſt, ut Dei teſtimoniũ accipe nõ debeat. Veritas em̃ & virtus nõ ſolũ in hoĩbus, ſed maxime in dijs inueniunt̃. Præterea iuſiurandũ fit q̃dam religionis opinio. q̃m magiſtrꝝ veritatis ꝑ iuſiurandũ venerari decet, ut ſi q̃ in loco oporteat ꝑ ip̃m iuremus, ad cõfirmatõem vere opinionis. & nõ ſolũ idẽ, ut diximus de ip̃o dicit, ſed hęc & ip̃m ita certe eſſe. Simul q̇dẽ ſup cõpagine optimorꝝ habituũ iurãs, theologice philoſophat̃, & quaternariũ numerꝝ fontẽ ꝑpetui ornamẽti demonſtrat, q̇ eſt cum opifice deo, quo pacto ꝟo quaternarius numerus deus ſit, ex ſacro ſermone Pythagorę apte inuenies, in q̃ nũerus nũerorꝝ hic deus ꝑdicat̃. Si em̃ oĩa q̃ ſunt ꝑpetua dei volũtate exiſtũt, & nũerus in ſingula ſpecie rerꝝ, q̃ ſunt exiſtit, a deo nũerus dependeat oportet, & primꝰ q̇dẽ nũerus ẽ apud illũ, & ab eo ẽ apꝺ nos, nũeri aũt finalis terminus ẽ decas. nã q̇ vltra decẽ numerare vult, iterꝝ reuertit̃ ad vnũ & duo & tria, ut q̇ ſecũdã decadẽ numerat, ad viginti cõpletõem faciat idẽ neceſſe ẽ, & ſimiliter tertiã ut triginta dicat. & hoc conſequẽter

Digitized by Google

quouſq; decies decem cõnumeraueris, ad centũ venies, & iterũ ſimiliter centũ nnmerabis, & ſic p reuolutionem decadis vſq; in infinitũ ꝓcedere poteris. Decadis quoq; vis eſt quaternarius numerus. ante em̃ finitatẽ quæ p decurſum in decade inuenit᷑. finitas quędã eſt adiũcta in quaternario numero. Nam ſcd'm compoſitõem a monade ad quaternarium numerũ, omnis coaceruatio decas fit. vnũ em̃, duo, tria, & quattuor decadem complent. & eſt quaternarius numerus, medietas numeralis monadis & ſeptenarij. Aequaliter enim ſuperat & ſuperat᷑. Trinarius quoq; a ſeptenario excedit᷑ monas a trinario. nam monadis & ſeptenarij ꝓprietates ſunt pulcherrimæ & optimæ. Monas em̃ ut initium cuiuſlibet numeri omnes potẽtias in ſe cõtinet. Septẽnarius vero tanq̃ ſine matre, & ꝟgo ſcd'm dignitatem a monade habet, neq; em̃ ab aliquo numero intra decem gignit᷑, vt quattuor ex bis duobꝫ, & ſex ex bis tribus. & octo ex bis quattuor, & nouẽ ex ter tribus, et decem ex bis q̃nq;, neq; aliquẽ intra decem, ut duo q̃ttuor & tria ſex & nouẽ, & q̃nq; decem. Monadis vero nõ genitæ & ſeptenarij numeri ſine matre quaternarius numerus in medio exiſtens gignentiũ & genitorũ, potẽtias ſimul accepit. hic em̃ ſolus numerus intra decem, & gignit aliquem, & ab aliquo gignit᷑. Duas em̃ ſeſe duplicãs quaternariũ numerũ facit. quaternarius vero duplicatus octonariũ conficit, & prima ſolida demonſtratio in quaternario inuenit᷑. Nam pũctum refert᷑ monadi. Linea aũt numero binario eſt ab aliquo ad aliqd, & trinario numero cõuenit ſupficies. ex omnibus em̃ figuris quæ rectis lineis cõſtant, triangularis eſt, quaſi elementũ & principiũ omniũ ſolidũ ꝓprium

eſt quaternarij numeri. Prima em̄ Pyramis in quaternario numero conſpicit̄. triangularis aūt figurę baſis poſita, tres angulos oſtēdit. Summitas quoq; ipſi figuræ poſita, nimis formā accipit. At iuditiales potētiæ, in rebus exiſtētibus, ſunt quattuor, intellectus, diſciplina, opinio, ſenſus, & ſimpliciter omnia quæ exiſtūt. q̄ternarius numerus coniūxit & colligauit, elemēta, numeros, horas, anni, ætatū compagines, & nihil dici poteſt quod a numero quaternario tanq̄ a radice & principio nō dependeat. Eſt em̄, ut diximus, opifex rerum omniū & cauſa quaternarius deus intelligibilis cauſa eſt cœleſtis & ſenſitiui Dei, cuius cognitio Pythagoreis ab ip̄o Pythagora tradita eſt, p̄ quē nūc viret hoꝝ verſuum auctor, quod ꝟtutis p̄fectio nos ad ſplēdorem ꝟitatis adducet. Itaq; ſcd'm hoc diceret quiſpiam illud iuſiurandū cole. ꝓprie ſeruari oportere in dijs, q̄ ſemp̄ & æqualiter ſunt, & ꝓprie nūc etiā iurare decet per magiſtꝝ, q̄ quaternariū numeꝝ nobis tradidit, q̄ non fuit Deus immortalis, neq; natura heros, ſed homo ſimilitudine dei p̄ditus, & ad ſuos diuinā ſeruās formā quā ob cauſam in rebus ita magnis p̄ip̄m iurat. tacite inſerens veneratiōem quā erga ip̄um Pythagorā eius auditores habebāt, oſtendēs etiā dignitatē, quæ ſubeſt doctrinæ, p̄ illū traditæ. Maximū aūt p̄ceptoꝝ a Pythagora diſciplinis traditoꝝ eſt cognitio quaternarij numeri, reꝝ opificis. At quū prima pars explicata ſit, ſecūda vero certa in expectatōe maneat, & ſpem, quæ p̄ quaternariū ꝓmittit̄, veracem eſſe interpres reꝝ diuinaꝝ oſtendit. & quaternarij numeri q̄s ſit quantū præſenti orōni cōuenit, meminimus. Tranſeamus ad ea q̄ p̄uenire contextus orōnis hortat̄, ſi primo oſtenderi

mus,quanta diligentia,quãto apparatu,quove deorꝫ auxilio,ad hæc deceat ꝓficiſci.

SED ACCEDE AD OPVS DEOS ORANS, VT CONFICIAS OMNIA,QVAE AD ACQVISITIONEM RERVM BONARVM OPITVLANTVR.

P Aucis abſoluit ꝓpriam animi ſcilicet promptitudinem & Dei auxiliũ.nam & ſi electio bonorꝫ in nobis ſit,& id quod in nobis eſt,a deo habemus,ab ĩpo deo & auxiliũ petendũ eſt,& ꝑfectio ſenſibiliũ.Studiũ q̃dem noſtrꝫ ad acq̃rendas res bonas ita eſt,ac ſi manum ad captanda bona extenderemus,quæ a deo ꝓficiſcunt̃ & dari vident̃.quaſi ĩpe deus ſit fons largitionis bonorꝫ.Homo eĩ naturaliter bona petit.Deus vero recte petenti largit̃,ac p̃ces noſtræ ſunt quaſi mediũ quoddam inter nos petentes,& Deum largientẽ,quæ cauſam nos ad ĩpm eſſe ꝓducentem,& ad bene eſſe ꝑficientem attingere vident̃.Quo pacto aũt quis bona capiet,ſi Deus non dederit?quo pacto etiam daret id quod largiri conſueuit Deus,ſpõte volenti,& tamẽ non petenti.Vt igit̃ nec nudo ṽbo preces faciamus,ſed eas opere firmemus,neq; in noſtris operibus ſolum confidamus,ſed a Deo auxilium petamus,& tanq̃ formam materiæ preces operi imprimamus,quod totum eſt quod facimus p̃cemur,& quod p̃camur faciamus,ea coniũgens inq̃t.SED ACCEDE Ad opus orans deos ut conficias.Neq; enim ſedulos nos ad bona eſſe decet,tanq̃ in nobis foret,etiã ſine Dei auxilio illa ꝑficere poſſe,neq; nuda ṽba ſufficiũt,ſi nihil ad acq̃ſitõem rerꝫ humanarꝫ affera-

Digitized by Google

mus. Sic em̄ vel impia v̄tute, ſi ita dici poteſt, vel ſine opere p̄cibus vteremur, quorꝫ alterꝫ v̄tutis ſubſtantiam, alterꝫ præcum efficatiã deſtruit. Quomodo: quid bonũ eſſe poterit, quod nõ ſit ſcd'm inſtitutiõem Dei, Qũo etiam ſi quicq̃ factũ fuerit ſcd'm ipſam inſtitutionem Dei, ut ſubſiſtat & duret illius auxilio non egebit. Virtus eſt in hominis animo imago dei, & omnis imago exemplar habeat ut ſubſiſtat neceſſe eſt, vanũq̃ eſt quod acqſiuimus ſi nõ inſpicimus ad cuius ſimilitudinẽ bona illa adepti ſumus. Studentes igit̃ actiuæ virtuti, precari neceſſe erit, & quum p̄cati fuerimus ipſius virtutis poſſeſſione gaudere. Hoc aũt quod ad ſplendorẽ Dei nos inſpicere facit, ad philoſophiã intẽtiores cũ prima bonorꝫ cã reddet. Nã fons pennis naturæ quaternarius ille numerus eſt, qui non ſolũ omĩbus æterna cauſa eſt, ut exiſtant, ſed ut bene exiſtant, quicq̃ proprium bonum ad omnes mundi partes, ut radium p̄petuum & ratione præditũ effundit, quã cauſam orans animus, & tanq̃ lumẽ acuto eius viſui commiſcẽs ob ſtudiũ rerꝫ bonarꝫ ad orandũ excitat̃, & ecõtra ob exauditõem orõis diligentiã acuit, factũ verbis adiũgẽs, & facta ſtudioſa cogitatõe rõis diuinæ cõfirmat, & aliqua inuenit, aliqua illuſtrat, curatq̃ ea q̃ p̄catur, & p̄cat̃ quæ curat. talis qdem eſt ſtudij & p̄cis coniũctio. At q̃ facta ex his duabus rebus naſcant̃, in ſequentibus audiamus.

HORVM MEMOR, COGNOSCE DEORVM IMMORTALIVM HOMINVMQVE MORTALIVM CONIVNCTIONEM, QVEMADMODVM PERTRANSEANT, ET QVEMADMODVM CONSISTANT.

P Rimum quidem hominibus ita institutis, cognitōem Deorꝝ, & theologicā diſciplinā adeſſe oportere pdicit, & rerꝝ omniū intelligentiam quo pacto adinuicē diuidunt, quove etiā pacto in vnum mundū vniunt. Coniūctio em̄ in hac parte, conſtructōem & ordinē rerum ſignificat, & illud quemadmodū ptranſeant, differentiā ipaꝝ p ſpēm, & queadmodū conſiſtūt vnionē p genus. Nam quum natura genera ſubſtantiaꝝ rōne vtentiū differant, in vnā ſocietatem cōueniunt. Quippe p exiſtentiā denotant aliq eſſe prima, alia media, alia vltima. Itaq̧ diuidunt ſimul & vniunt, neq̧ em̄ prima fiūt media, neq̧ vltima. neq̧ media prima, vel vltima. neq̧ vltima media, vel prima ſed terminis a deo ſtatutis & fixis, ppetuo p ſpēm diuidunt, & ſic queadmodū ptrāſeūt intelligemus. illud aūt queadmodū conſiſtūt hoc modo cōſyderabimus. hoc totū nō qdem pfectum eſſet, niſi primas, medias & vltimas ptes cōtineret, tanq̄ principiū, mediū, & finem totius compoſiti, & prima certe prima non eſſent niſi media & vltima ſequerent, neq̧ media hoc eſſent quod dicit, ſi extrema vtrinq̧ medijs nō adiacerēt, neq̧ extrema qdem eſſent extrema, niſi prima & media pcederent. Coniūgit ergo illa ad totius pfectōnem, & hoc erat quod dicit conſiſtere ipa adinuicē. nam tanq̄ diuerſaꝝ ſpecierꝝ totam cōiunctōem & conſtructōem cōplent, quā cognoſces inqt. Si pfatoꝝ bonorum memor extiteris, nam extremoꝝ memoriæ media cōcurrant, neceſſe erit. immortaliū inqt deoꝝ, & mortalium hominū cōiunctōem. prima em̄ vltimis p media coniungunt, & vltima primis claritudine heroum mediāte, reducunt. Talis qdem ordo eſt reꝝ, quæ rōne vtun

tur, quod in principio declaratū eſt, tanq̃ eſſent in mū do primi immortales dei, poſt hos clari heroes, & vlti mi dæmones terreni, quos mortales hoīes vocāt, q̄uo aūt hoꝝ quoq; intelligere nos oporteat, iam ſupius di ctū eſt, cognitōem hoꝝ veracē accipe decet, quoꝝ ho norē ex traditōe añ cōphendimus, & q̄ ciuilē ꝟtutē veritate inſpectiua ornarūt, vel quæ a ſe bona hoīs na tura ad diuinā ꝟtutē cōmutarūt, intelligere aūt q̄ exi ſtunt, ut a deo cōſtituta ſunt, ſimilitudo q̄dam dei eſt. Sed quum poſt immortale ornamentū, corpalis natu ra ſubiacet, q̄ hunc quē videmus, mundū complet, & q̄ coordinata eſt, ut exiſtentię, q̄ rōe vtunť, duces ſint & præuiæ, ex qua naturalis peritiæ fructū affore illis decet, q ordinate ad reꝝ cognitōem ꝓcedūt. Cogno ſces aūt naturā in oībus æquā. Itaq; neq; ſperabis quę ſperāda nō ſunt, neq; te qcq̃ latebit. Ad diuinū tempe ramentū natura hunc quem videmus mundū formās, ipſum ſibi ꝑ relatōem diuerſis modis aſſimilauit, & di uinā pulchritudinē aliter atq; aliter oībus ſpeciebus impreſſit. Cœlo eñ dedit ut ꝑpetuo moueret. Terræ aūt ut ſemꝑ ſtaret, quorum vtrunq; veſtigia ſimilitudi nis diuinæ demonſtrat, ac cœleſti corpori præbuit, ut totum qcquid eſt circūiret. terræ vero circūitionis cen trum, aliter quoq; centrū eſt principiū, aliter circundā tis terminus. vnde ſuperiora aſtris ſculpta & depicta ſunt & intellectu animalibus, terra quoq; plantis orna tur, & animalibus quæ ſenſu ſolū vtunť. In medio ho rum, quæ ita diſtant, homo exiſtit, qui ſuperioꝝ eſt vl timus, inferioꝝ ꝟo primus, & quoniā eſt primus, Dijs immortalibus comparať. & quia intellectui ꝓprium vi gorem, quem reliq̃rat reddidit, q̄nq; aūt mortalib9 cō

miſcetur, quod cũ ſit, quia legem Dei p̄terijt, ab digni tate & ſibi cõueniente decidit. Nam ut vltimus gene rũ rõne vtentiũ, nõ ſemp̱ intelligit. Quippe ſi ſemp̱ in telligeret, nõ eſſet homo, ſed naturaliter deus, & ange loꝝ ordini miſceretur. Nũc aũt eſt homo, q ſimilitudi ne q̄dem ad optimũ dici poteſt. natura ṽo inferior eſt dijs immortalibus, & claris heroibus, q primis & me dijs generibus ornamentũ ſunt, q̄bus homo inferior eſt, q̄a ſemp̱ nõ intelligit, ſed nõnunq̄ torpet, atq; obli uiſcit̃ ſuæ exiſtẽtiæ & lucis a deo ſibi datæ. Itaq; q̄a nõ ſemp̱ ſub ignorãtia manet, bruta animalia & plantas, atq; oĩa terrena, & q̄cunq; p̱ exiſtẽtiã mortalia ſunt, ſu perat. qm̃ ad Deũ ex natura ſua homo cõuerti poteſt, & reminiſcentia obliuionẽ abolere, & doctrina recupe rare q̄ amiſerat, & fugã a ſuperis inferiora fugiẽdo cu rare. Cõuenit igit̃ hoĩ cognoſcere coniunctõnem im mortaliũ Deoꝝ, & mortaliũ hoĩm, hoc eſt eoꝝ q̄ rõne vtunt̃ coordinatõem, cognoſcere etiã decet naturã in oĩbus ſimilẽ, hoc eſt corporeã exiſtentiã a ſupioribus uſq; vltima ſimilitudine dei, eiuſq; euidẽtia p̄ditã. Co gnoſcere aũt hæc oĩa oportet ut fas eſt, & ut lege iacẽt & eo mõ quo apud deũ ſunt, & q̄ pacto illius legibus maneãt ordinata, ſiue ſine corpe ſint, ſiue corpus habe ant. cõiter em̃ in vtriſq; intelligere oportebit, quemad modũ fas eſt. Nõ em̃ decet nos cupiditate ſine rõe du ctos, dignitatẽ reꝝ ad noſtrã opinionẽ trahere, ſed ter minos ṽitatis ſequutos, intelligere oĩa, vt fas eſt, & ut opificis lex ſingula diſpoſuit. & haꝝ aũt duaꝝ reꝝ co gnitõe intelligere. ſ. opificiũ Dei in rebus q̄ ſine corpe ſunt, & in ijs q̄ videri poſſunt, optima ſupuenit acq̄ſi tio, hoc eſt, ut nõ ſperemus q̄ ſperãda nõ ſunt, neq; in

aliquo erremus. Nam ex ignorãtia exiſtentiæ rerꝫ, ſeq tur ut ea ſperemus, q̃ ſperãda non ſunt, & ea q̃ fieri nõ poſſunt excogitemus, veluti qs quum homo ſic deus fieri ſperet, aut clarus heros. Hic qdem neq̧ terminos naturę intellexit, neq̧ in rebus prima, media, & vltima diuiſit, & ecõtra. ſi qs putet eius animũ vna cũ corpe interiturꝫ, ob ignorantiã immortalitatis, quæ animis noſtris ineſt, expectat quæ expectare nõ decet, neq̧ vt fiant poſſibile eſt. Is vero ꝑ credit cõtra illorꝫ opinionẽ q putãt hoĩs exiſtentiã, in deorꝫ genus mutari, in ferã, aut in brutũ animal, corpus propter malitiam trãſmutatum iri. vel ꝑpter torporem ſenſus, in plantã, ipã animã ad inferiora impellit, errans & ignorãs firmũ atq̧ ĩmutabile, quod ꝑ exiſtentiã ſpẽi ineſt animis hoĩm. Semꝑ ẽm animus manet, atq̧ homo, nũc in Deũ, nũc in feram acqſitõe viciȷ̃, aut ꝟtutis mutari dicit̃, quum naturaliter, neq̧ fera ſit, neq̧ Deus, ſed aptus ut vtriuſq̧ ſimilitudinẽ accipiat. Et omnino q ignorat qualitatem, q̃ vnicuiq̧ rerꝫ ineſt, aut ſuꝑ addendo, aut diminuendo rem, non recte intellexit q̃ ignorantia cauſam ꝓbet, ut non vere opinemur, & ea ſperemus, q̃ ſperanda non ſunt. Qui vero ſingula nouit, quemadmodũ ab ipõ rerꝫ opifice diſpoſita & ordinata ſunt, & Deum ipm eius cognitõi cõmenſurat. hic maxime tenuit viã qua deũ cõſequat̃, & optimũ tẽperamentũ & rerꝫ menſurã intellext, & ſine errore manet.

COGNOSCE HOMINES MISEROS, MALA SPONTE SECVTOS, QVI BONA QVAMVIS PROPINQVA, NEQVE AVDIVNT, LIBERATIONEM QVOQVE A MALIS PAV-

Digitized by Google

CI NORVNT. TALE EST FATVM QVOD MENTES HOMINVM LAEDIT, HI AVTEM REVOLVTIONIBVS, MODO AD HAEC, MODO AD ALIA FERVNTVR, ATQVE IN FINITA MALA PATIVNTVR. INFOELIX ENIM ATQVE FAMILIARIS DISCORDIA LATENS LAEDENSQVE SEQVITVR, QVā NON DECET ADDVCERE, SED CEDENTEN FVGERE.

[S]I rerum q̃ nõ vident̃, & earꝶ q̃ corpus habẽt, ordinẽ & diſpoſitõem recte intellexerimus, cõſequẽter exiſtentiã hoĩs, q̃ qualiſq; ſit diligẽter cognoſcemus, & qd' in cõfinibꝰ manet eorꝶ, q in viciũ cadere nõ pñt, & eorꝶ q ad ṽtutem reduci nõ cõſueuerũt, quare duplicẽ impetũ habet. quũ aũt ibi viuit, ĩtellectiuã & fœlicẽ vitã agit, nõnunq̃ hic ſenſum, affectionibus plenũ, accipit. vnde Eraclitus dicit, viuimus illorꝶ mortẽ, mortui ſumus illorꝶ vitã. decidit em̃ a fœlici loco, atq; diſcedit, ut Empedocles Pythagoreus ſcriptũ reliq̃t, Fugiens a Deo atq; errãs cõtentõe furioſe ꝑſuaſus. Aſcẽdit quoq; & antiquũ habitũ recipit, ſi terrena q̃ infœlicẽ locũ fugerit, vt idẽ ip̃e Empedocles ait, hinc mors, hinc iracũdia, & aliorꝶ multitudo malorꝶ. ad quẽ q incidũt erumnarꝶ pratũ & tenebras ꝑerrant, q̃es aũt & beatitudo, eſt fugere prata infortuniorꝶ. Appetitus aũt & cupiditas fugiẽtis, pratũ erumnarꝶ ad veritatis pratũ nos excitat, q̃d q relinq̃t, velociter ad terrenũ venit corpus, fœlicis ſeculi expers, q̃bus ſentẽtijs Platonis dicta cõſona ſunt. de deſcenſu hæc dicens. Quum animus impotẽs imitari deum neſcit, & caſu aliquo volatu in terram ruit, tũc lex illũ in animal mor-

tale inducit. de aſcenſu hęc, ꝙ implicitã, atq; inherentē ſordem, poſtea ex terra, aqua, aere, atq; igne, quū tur‑bulentū & brutū animal fit, rõne homo vincēs ad ſpe‑ciem prioris, atq; optimi habitus deuenit, qm̄ ad ſimi‑lem ſibi ſtellam aſcendit, atq; ſana fit incolumis. Sana qdem affectõe & morboꝝ deliberatõe, quod per ciui‑lem virtutē nobis contigit. Incolumis aūt acquiſitõne diſciplinæ, & ꝓpriarum partium recuperatiõe, quod p̄ inſpectiuã veritatē acquiri conſueuit. Cæteꝝ quomõ neceſſe eſt hinc fugere, & terrena dimittere, ſi velimus curare. ꝙ meliora reliqrimus, ſapienter oſtēdit, quum philoſophiã hoꝝ maloꝝ fugam eſſe diffinit. p hęc em̄ oſtēdit paſſiones ſolis mortalibus ingenitas eſſe. Sed quum fieri non, ut mala intereant, & apud deos mala eſſe non poſſunt, neceſſe erit circa hæc loca, & res mor‑talitati ſubiectas verſari. rebus em̄ quæ generantur & corrumpunt̃, omnia quaſi, & ut etiam p̄ter naturam di‑ſponant̃ accidere poſſunt, quod maloꝝ principium fu‑it. quo pacto aūt hæc fugere oporteat docet, quum di‑cit, quare opus eſt vt hinc, illuc fugiamus, fuga enim hinc eſt, ut quantū homini dat̃, ſe Deo ſimilem faciat. Similis qdem ille Deo fit, q iuſticiã & pietatē pruden‑ter colit. Nam eum qerumnas relinquere cupit, mor‑talem naturã primo amoueat oportebit, fieri certe nõ oportebit, ut qui ipſa mortalitate inquinati ſunt, ne ma‑lis quæ illam ſequunt̃, ex neceſſitate repleant̃, ut igit̃ diſceſſus a Deo pennarum, quæ nos ad ſuperiora leua‑bant lapſus ad locum morientiū impulit, quibus mala ſuperuenire neceſſe eſt. Sic remotio ab effectõe rerum mortaliū, & afflatus virtutum, ut pennaꝝ ad locū erū‑nis vacuum, hoc eſt ad vitam beatã nos abducet. Quū

Digitized by Google

Igitur exiſtentia hominis manet in medio eoꝝ q ſemp̄
Deum intelligunt,& eoꝝ qui naturaliter illum intelli-
gere nequeūt,nōnunq̃ aſcēdit ad illū qñq; deſcendit
ad hæc.Nam receptōe intellectus ad ſimilitudinē dei
aſcēdit,ꝑditōe ad ſimilitudinē feræ deſcēdit,ꝓpter di-
uerſitatē naturæ,mō huic,modo illi paru ſeſe adiun-
gens.Hæc igit̃ de exiſtentia hoīs intelligēs,ꝑſpexit ꝙ
modo hoīes ſpōte mala ſequunt̃,& qūo ꝓpria volūta-
te,ſqualidi & miſeri fiūt.Sæpe em̄ quum ibi manere
poſſent,ſeſe affectōibus implicāt,& hoc erat quod di-
cit.Qui bona ꝯuis ꝓpinqua nō vident,neq; audiunt.
bonū em̄ in hoc loco ꝟtutem & veritatē appellat.non
inſpiciunt ꝯuis ꝓpinqua vult intelligi,nō ex ſe cōmo-
ueri & excitari ad inuentōem bonoꝝ,neq; audiūt,per
illos dici vult q alioꝝ doctrinā fugiūt.duobus em̄ mo
dis reꝝ peritiam ſuſcipimus,aut ꝑ doctrinam auditu,
aut per inuentōem aſpectu.Sponte igitur mala habe-
re dicunt̃ hi,q neq; ab alijs addiſcere,neq; ꝑ ſe inueni
re volunt,tanq̃ priuati ad bona intelligendū ſint,& ob
hanc cauſam vbiq; ſunt inutiles.Nam qui non didicit
nec paruit ipſe docenti,nullius eſt vſus homini.Qui
vero ſtuduerūt bona addiſcere & inuenire,hi ſunt q
a calamitatibus liberari intellexerūt,quiq; fugientes
terrenos labores,ad libeꝝ æthera commigrarunt,pau
ci tamen hi ſunt.Nam multi vicijs & affectiōibus vin
cuntur,eorumq; mentem & intellectum læſerunt,qa
terrenis operam dedere.Itaq; hoc malum a ſeipſis ha-
bent,quoniam a Deo diſcedere,& eius familiaritate
ſe ipſos expedire voluerunt,quam patiebantur dum
ſplendore ſyncero manebant.nam inclinatio ad terre-
na,quæ mentem animumq; lædit,diſceſſum a Deo

portendit. Fieri quoq; non poteſt, ut aut non inſaniat, qui de ſeſe expoliauit, aut Deo priuatus non ſit, qui ad inſaniam deciderit. Ambo enim quoniam vtilitati bonorum non ſtuduerunt, infinitas erumnas patiuntur, tanquã cylindris, vanis negotijs, ab alijs ad alia appulſi, nec habent quibus in rebus ſibi ipſi vtiles ſint, quoniam ab omni fortunæ conditione ſtulte trahuntur. nunc quidem in diuitijs iniurias alijs inferunt, nunc in paupertate ſcelera admittũt, & aut ad latrocinia propter robuſtum corpus, aut propter debilitatem & morbos, ad maledicendum ſe vertunt. Si vero natis orbati ſint moleſtiam, ſi multos filios habent, cauſam turpiter lucrandi, & bellum alijs inferẽdi capiunt, & ut ſimpliciter dicam, nihil eſt earum rerum quæ in hac vita verſantur, quod ſtulti non deprauent, vndiq; enim ſuis vitijs, & aſpectus Dei priuatione affliguntur, & quod vera bona intelligere recuſant ſed ruentes ad mortalium affectiones, ita feruntur in hac vita, tanquam in procellis. horum liberatio vna eſt, reuerti ſcilicet ad Deum, quod illi inueniunt, qui mentes & aurium ſtudio ſe ad recuperationem boni iam perditi, conuertunt, at morbum qui noſtræ exiſtentiæ acciderat, virtute inducente curarunt, Eſt em̃ ingenitum ſimul & inſitum nobis malum libere, præter naturam voluntatis noſtræ, p quam cõtendere & repugnare diuis legib9 conamur, & nihil ſane ſentimus, quantũ nobis ipſis nos eamus, quũ volũtati diuinę repugnamus. Sed ſolũ hoc q̃ſi cæci inſpicimus ꝙ illius leges effrenati fugere poſſum9, & nr̃ę volũtatis libertare nimis vtimur, nimiũq; deũ relinquẽdo auſi ſumus.

& moleſtam infœlicē𝔮; litem contra ipm Deum acci-
pimus, qua cōtendimus quodammō & litigamus, q̄a
quod ipe, deus vetat, hoc maxime facere affectamus.
quod𝔮; ille p̄cipit, hoc minime velimus, ut vtrin𝔮; mi-
ſeria ſe ipos impleant, q legem Dei tranſcendūt, nō fa
ciendo quæ p̄cepta ſunt, aut faciēdo quæ vetita. Quid
igit̃ ad deſcenſionē contra hanc erumnoſam ſequacē,
& ingenitam nobis litem inueniemus? ex noſtra p̄ter
naturam diſpoſitōe excitatā, & ob hanc cauſam tan𝔮;
familiare infortuniū nocere cōſuetam, q̄d huic oppo-
nere oportebit? quam medicinā ad huius furioſæ litis
remediū inuenire? quod p̄ceptū ad frenandas vires q̄
nos ad inferiora deducūt, vel vt ſtudeamus, curemus
& diligamus hæc, q̄ nos v̄tutis diuæ ad veſtigia po-
nent. hæc aūt ſunt q̄ liberatōem maloꝶ & calamitatū
afferūt, q̄ pauci nouerūt. hæc ſunt q̄ faciunt, ut videa-
mus & audiamus ea q̄ fœlicitati adiungunt̃. hæc ſunt
p̄ q̄ fugimus calamitates, quas noſmetipi nobis intuli-
mus. Hæc ſunt q̄ ſcindūt & amouēt imperitiā paſſio-
nū. hęc igit̃ ſunt p̄ q̄ impiā diſcordiā fugere poſſumus
& ſalutē animi acq̄rere. Hęc nos furioſa lite purgabūt,
hæc nos reuocabūt a fuga, quā a Deo feceramus, nā
impetū ad inferiora trahentē, v̄tute ſolū ad ſupiora re
ducente, curabimus. Si nō nimis illū p̄duxerimus, ne
𝔮; mala malis attulerimus, ſed recte rōi obtēperantes,
laudato certamine infœlicē diſcordiā fugiamus, nec
cōtendere oportebit, ut volūtati diuinæ non obedia-
mus, ſed cōtēdere potius, ut illi maxīe obtēperamus,
quā q̄dem litem appellari nō decet, ſed obedientiā &
cōuerſionē, & volūtariā ad legem diuinā ſubiectōem,
quæ cauſas ſtultæ repugnantiæ ſcindit & expellit, &

hæc quidem per dictos verſus ſignificari puto. ꝙ vitia vero ex noſtra volũtate orianť, ꝑ hos cognoſces homi⸗nes miſeros mala ſponte ſequutos, quos ea cauſa mi⸗ſeros decet appellari & ſqualidos, qm̃ ad volũtariã ma litiã trahi ſe ꝑmiſerũt. ꝙ aũt hi nequaꝙ̃ quę bona ſunt audire velint, ꝑ illud oſtendiť quod diciť. QVI BO⸗NA Quãuis ꝓpinqua neq̃ inſpiciũt, neq̃ audiũt. Ac ꝙ liberari a viciis ex volũtate noſtra poſſumus. ꝑ illud oſtendit, hoc eſt liberari quoq̃ a malis pauci norũt, ꝙ ea cauſa in medio poniť, ut oſtendat liberari & includi a volũtate noſtra pendere. Poſtea ſubiũgit cauſam, ꝑ quã animus, q in malitiã incidit, neq̃ videt, neq̃ audit tale fatũ mentes hoĩm lædit. nam q a deo diſceſſit, in dementiã & vanam cupiditatẽ trahať neceſſe erit, qđ ꝑ moleſtiã fati intelligi vult, quæ nos qa ad mortaliũ vitam declinamus, a ſocietate dei ſeparat. Oſtendit p̃⸗terea q̃ ob ſtulticiã noſtrã nobis accidere cõſueuerunt & quo pacto & volũtate & cõtra vnluntatẽ noſtrã pec camus docet, cũ dicit, ſtultoꝝ vitã ſimilẽ eſſe cylindro rũ motioni ſuꝑ plano, quæ circulo ſimul & ſuꝑ recto moueť, circulo qdem in ſeip̃m, ſuꝑ recto, ꝓpter caſum. Nam vt cylindrus a rectitudine deerrans, nõ firmatur ad axem circuli q circũducit, ita animus q a recta rõne & ꝓpinqtate Dei decidit, nõ conſequiť vera bona, per errat em̃ circa illa quæ bona fore videnť, & voluptatũ affectõibus circũuolutus a rectitudine diſcedit, quod ꝑ illud intelligi volunt. hi aũt reuolutiõibus, modo ad hæc, modo ad alia ferunť, atq̃ infinita patiunť mala. Quum aũt libera, & p̃ter naturam noſtra volũtas cau⸗ſa fuerit fati animo mentiq̃ nocentis, ac noſtrę a Deo ſeparatõis, qua via & hoc extinguere, & ad deũ redire

oporteat,duobus metris ſequẽtibus docet,voluntariũ nocumentũ ſic oſtendens.

INFOELIX ATQVE FAMILIARIS DISCORDIA LATENS LAEDENSQVE SEQVITVR QVAM NON DECET AFFERRE, SED SEDENTEM FVGERE.]

c Onſpiciens aũt quod p̃cipue diuino,ut erũnas fugiamus,& fœlicitatẽ cõſequamur,egemus auxilio,cõuerſionẽ ad Deũ,ut orõnem quandam & auxilij cauſam inducit.Iuppiter pater.aut oẽs multis calamitatibus liberes,aut omĩbus qua forte vtanť,oſtẽdas,ſed tu cõfide.Nam diuum genus ineſt hoĩbus,q̃bus natura afferẽs q̃libet ſacra oſtendit,q̃rum ſi q̃d tibi affuerit,intelliges q̃ tibi iubebo,curans animũ ab his erũnis ſaluabis.Mos fuit Pythagoreis huius mũdi totius opificẽ & patrẽ noĩe Iouis magnificare,Illum eñ p̃ quẽ exiſtẽtia & vita oĩbus dať,dignũ iuſtũq; eſt ab eius opere noĩari,p̃priũ certe nomẽ Dei ab eius op̃ibus & creaturis dici maxime fas eſt.Nam quæ apud nos p̃pria eſſe dicunť,ex fortuna potius & volũtate inueniunť,q̃ ex p̃prietate rei,quod in pluribus animaduerti poteſt,q̃bus noĩa nõ apte,ſed aliter q̃ deceret adiacent.Vt ſæpe is q̃ malis moribus eſt bonus,q̃ mente impius religioſus appellať,quę q̃dem rectitudinis noĩm nõ participãt,q̃m nihil exiſtentiæ,aut operis adſiſtit rebus q̃bus noĩa adiacent.Rectitudinẽ igiť nominũ in rebus quæ p̃petuæ ſunt,& harum quæ diuinæ & diuinarũ quæ optime oportet adeſſe.Quam obrem & Iouis nomẽ,imago quædam in voce eſt ope

ratricis exiſtentiæ. Antiq̄ em̄ & primi, rebus noīa per excellētiā ſapiētię poſuerūt, vt in q̄buſdā optimis ſculptoribus, quoꝝ artis v̄tutes ita nomine cōp̄hendun tur, ut figuris & imaginibꝫ. Noīa em̄ in voce ea q̄ mente intelligimus oſtēdunt. Ad intelligētias reꝝ intellectuaꝝ iudices reputarūt. Speculatōe em̄ pleni, & ex illa grauidi facti. Intellectus paſſiones in vocē emittētes talia exiſtētijs noīa impoſuerūt. q̄ p̄ ipam vocē & elemēta ſunt, Deū patrē vocat, ac intelligit q̄d ex ſe meretur. Quod ſi in omnibus in enūciatōem ipius vocis cōpoſita, quantū fieri poterat reꝝ noīataꝝ ſpēs formarūt & ad ipas exiſtētias eos q̄ recte intelligūt, reſpicere fecerūt. Itaq̄ꝫ finis illoꝝ ſpeculatōnis, fit principiū nobis ad inuentōem intelligētię reꝝ. Sic igit̄ ipe opifex ab illis olim quaternius, tūc Iuppiter pater, cauſis q̄s diximus appellat̄. id aūt q̄d rō p̄ſentis orōnis ab illo petit. hoc oībus benignitate ipius dei offert̄. nam in nobis ē accipe id q̄d ab illo ſemp̄ oblatū eſt. Et em̄ ſupius dicebat̄. Accede ad opus, Deū prius orās, tanq̄ ipe ſp̄ bona porrigat, nos v̄o tūc illa accipiamus, quū noſmetipos diuinæ benignitati intēdimus. Volūtas em̄ q̄ in nobis libera eſt, ea q̄ certe bona ſunt nō acciperet, ſi accipe nollet. Hæc aūt v̄itas, ſcilicet & v̄tus ſp̄ & æqualiter ab ipo opifice oībus reſplēdēt. nūc v̄o rō neceſſe eſt ad maloꝝ liberatōem petat, ut cognoſcamus & intelligamus exiſtentiā noſtrā. hoc em̄ erat, q̄d dr̄, q̄ ſorte vtant̄, hoc eſt q̄ animo. nam tali ad ſeipos reſpectu, cōcluditur & determinat̄, ex neceſſitate ſeq̄ maloꝝ & erūnaꝝ liberatōem, & viā reꝝ quę a Deo ad fœlicitatē porrigunt̄. Quas ob res rō p̄cedit q̄ꝫ ſi omnes cognoſcerent ſeipos, & qua ſorte vtant̄, omnes p̄cul dubio

Digitized by Google

a calamitatibus & malis liberarenť. Quod q̄dem fieri non poteſt, nam om̄es nequaꝗ̄ apti ſunt, ut ſimul philoſophenť, & bona a Deo oblata ad fœlicitatis ꝑfecti onem ſuſcipiant. Quid igiť ex his ſequiť, certe illos ſolos a malis liberari q ad diſciplinā oſtendentē nobis ꝓpria bona accedūt. hi em̄ ſoli liberati ſunt a calamitatibus mortali naturæ adiūctis, quum ſoli ad cognitionem verorum bonoꝝ ſe cōuerterūt. quod dignū eſt ſocietati deoꝝ addiſcere, tanꝗ̄ a ſacra & veneranda natura id eſt a philoſophia exercitatos & doctos ea q̄ ſunt opportuna. Societatē quoqꝫ diuoꝝ viroꝝ ſi quid in ea participanť oſtendemus, claris operibus indulgentes & diſciplinis intellectus, quibꝫ ſolus hominis animus curať, & ab his liberať malis in diuinū finem coniungēs. Sed ut breuiter dicam intellectus hoꝝ verſuum talis eſt, q ſeipos nouerūt a mortaliū morbo liberātur. Qua cauſa igiť non omnes liberanť. Quum omnes opportunitatē innatā habeāt eoꝝ exiſtentiā intelligendi. Quoniā plures, ut dixi, ſponte mala ſequunť, q bona q̄uis ꝓpinquať, neqꝫ inſpiciunt, neqꝫ audiūt. Pauci em̄ ſunt q quo pacto a malis liberenť intelligant, cognoſcentes qua ſorte vtanť. hi q̄dem ſunt quos philoſophia affectionū ſtultitia purgauit, ab his locis, tāꝗ̄ a carcere liberatos. Quare igiť Iouem rogat, aut omnes multis calamitatibus liberes, aut omnibus qua ſorte vtanť oſtendas. an ut illum qui inuitos omnes ad veritatem cōuertere velit. negligentia ꝟo aut malo cōſilio id non facit, ut in carcere & laqueis arceanť, quę q̄dem putare nefas eſſet, illud potius ratio oſtendit, eum ſcilicet qui fœlicitati ſtudet ad Deum tanꝗ̄ ad patrē conuerti decere. Eſt em̄ Deus opifex rerum omniū bona-

rum,etiam & pater.ergo qui liberatōem maloꝝ intel-
lexit,quiq; erumnis quæ ex voluntate noſtra ſunt,li-
berauit.& infœlicem diſcordiā fregit ſponte illam fu-
giens,hic ad opportunū Dei auxiliū cōuerſus excla-
mat.Iuppiter pater quum iam pegerit ea,quæ filio di-
gna ſunt Deum patrē vocat,ac intelliget qd ex ſe me-
ret.Quod ſi in omnibus fieret omnes æqualiter ſecū
malis liberarent.Poſtea inuenies hoc in omnibus non
ꝓcedere nō cauſa dei,ſed quia plures ſponte mala ſe-
quunt ad ſeipm dicit.Sed tu confide q inueniſti viam
liberatōis.maloꝝ & erumnaꝝ quæ qdem eſt p ſacrā
philoſophiā cōuerſio,ad ea quæ a Deo nobis oſtendū
tur,quæ multi non inſpiciūt,qm cōem intellectū,quē
opifex dedit generi rōnabili,nō recte exercuerūt.Igit
quū qd alicui oſtendit ad demonſtratōnis effectū pſo
nas duas cōcurrere neceſſe eſt.q pacto em qcq oſtēde
re cæco poſſes,ſi id quod demōſtrare intendis milies
offerres,vel quo pacto videti oſtenderes,nihil omni-
no offerēs.vtrūq; igit iteruenire oportebit,& bonū ab
oſtendēte oblatū,& ab eo cui oſtendit inſpiciēs lumen
vtil linc quod videat,hinc quod inſpiciat cōcurrāt ad
demonſtratōis effectū.His aūt ſic exiſtentibus argu-
mētemur ſic.omnes ſimul a malis liberari,ſi omnibus
opifex reꝝ oſtenderit cognitōem ſui ipſius exiſtētiæ,
& qua ſorte vtant,ſed quum nō omnes ſimul a malis
liberent,nō igit oībus oſtendit,ſed ijs ſolum q ſponte
& ſua volūtate a malis liberari ſtuduerūt,& q lumē ad
cognitōem & ſuſceptōem oſtenſæ veritatis intende-
rūt.Non ergo ipe Deus cauſa eſt,qa omnibus nō oſtē
dat,ſed ipſi qui bona ꝓuis ꝓpinqua neq; inſpiciūt,ne
q; audiūt,& ob hoc mala ſpōte ſequunt.cauſa igit eſt

Digitized by Google

eligentis:nam deus ad nulla mala occaſionem præbet immo ſemp̱ quantum in ipſo eſt,omnibus æque ſplẽdentia bona immittit,non oſtendit autem ſemp̱ omnibus,quoniã lumẽ oblata bona in pleriſq; non aſpicit, ſed rebus terrenis indulget ꝓpter curã quã habet ad inferiora.talis qdem hoꝝ ṽſuum declaratio,& veritati cõuenire videt̃,& ſubſequentiũ metroꝝ intellectui. ſi qdem hoĩes ad veritatẽ deus allicit etiam inuitos,cur ſi ipi ſponte mala capiũt,Deũ accuſamus? Quid conſulimus diſcordiã adducere nõ oportere,ſed cedentẽ eam fugere,vel qd accidẽtia pacifice ferre.Quid ſanari ſtudere videmus,oĩno em̃ via p̱ doctrinã ad ṽtutem nobis occludit̃.id quod in nobis eſt,abijtientibus & negligẽtibus.nihil em̃ laborare oportebat,neq; cupiditatẽ ad beatã vitam,neq; diligentiã ad fœlicitatẽ habere,ſi ad Deũ ſolũ ptineret,nos a malis ſaluos eſſe & virtutibus impleri,nihil a nobis ipſis cõferẽtes,ſic enim cauſa plurimoꝝ malitiæ Deo aſcriberet̃.Si aũt vt ꝓbatum eſt Deus maloꝝ cauſa non eſt.manifeſtũ erit ꝙ facultas,ut bona adipiſcamur in nobis ſit,qm̃ ꝓpinqua ſunt,& naturaliter illa accipiẽdi facultatem habemus. Sed nos ea neq; videmus,neq; audimus,cauſa quoq; cœcitas & ſtulticię huius calamitoſa diſcordia eſt,quę ſpontaneũ malũ exiſtit,quã nõ decet vlterius ꝓtrahere.Sed cedentẽ fugere & maloꝝ liberatõem cognoſcere,& viã redeundi ad Deũ inuenire.Sic em̃ ſplendori diuino inſpectus noſter adiũctus demonſtratio fit,cuius demonſtratõis effectus ſalus eſt,& quies animi ab his laboribus,ac diuinoꝝ bonoꝝ cognitio,& paternę conuerſatõis ꝑcipitatio.Talia de virtute & ṽitate ꝑdicẽs,ac ṽtutis ꝑcepta & officia,quo pacto vſq; in noctẽ

Digitized by Google

obſeruari oporteret, cõcludens, ac ſpem ꝟitatis in ſalutem & qetem animi finiẽs, ſubiũgit ꝓprię ſpẽi purgationẽ, quod eſt tertiũ philoſophiæ genus.

SED ABSTINE A CIBIS QVOS DIXIMVS IN PVRGATIONIBVS ET IN LIBERATIONE ANIMI DIIVDICANS, ET CONSIDERA OMMIA STATVENS SVPER HIS IVDICIVM AVRIGAM OPTIMVM.

r Ationabilis exiſtentia innatũ ab opifice Deo habens, ut neq; corpus ipa ſit, neq; ſine corpore ad hoc exiſtẽtiæ in quo eſt venit, ſed quum ipa ſine corpe exiſtat, adiũcta corpori oẽm ipius ſpẽm efficit, ut eſt in aſtris. Id eñ aſtroꝝ quod ſupra manet ſine corpe eſt, quod infra corporeũ, ut ſol. totus cõſtat ex re incorporea & corpe q̃ diuidi nunq̃; pñt, neq; coniungi. nam ſi ſic eſſet, iteꝝ diſſoluerent̃, ſed ſimul facta ſunt & ordinata naturaliter eſſe cõſueuerũt, ut alterũ ducẽs ſit, alteꝝ ſequẽs, & idem eſt, cõſequẽter & in alijs rõnabilibus heroico & humano generibꝰ. Eſt eñ q̃libet heros anima rõnalis liq̃do & puro corpori adiuncta, & ſimiliter homo anima rõnalis cũ corpe immortali ſibi innato, quæ q̃dem Pijthagoreoꝝ opinio firma fuit, quã Plato poſtea amplius declarauit. aſſimilans comparãs humanã aĩam innatæ potẽtię pennati currus & aurigę. Opus igit̃ eſt nobis ad pfectiõem animi, ut & ꝟitatẽ cõſeq̃mur & ꝟtutẽ. Ad purificatiõem ꝟo liq̃di noſtri corpis deponẽda eſt ſordiũ materia & ſacra purificatio accipiẽda, accipiẽdę & vires a deo nobis datę, q̃ nos excitẽt, ut hĩc ad ſupiora cõuolemus, q̃ oĩa pſentes ꝟſus docẽt. ſcindunt eñ & amouent materiales ſordes, quũ dicit̃. ABSTINE A CIBIS Quos

diximus. Sacram aũt purificatõem & vires a Deo nobis datas, illi verſus inſerũt, q ſic dicũt. IN PVRIFICATIONE Et liberatõe animi iudicãs, at oẽm ſpẽm humanæ exiſtẽtiæ integrã nos docuit, illud quod ſubiungit. CONSYDERA Statuens ſup his iudiciũ aurigam optimũ. hoc eñ oẽm exiſtentiã adiunxit, & ordinem partium in ipa diuiſit, aurigã iuditio aſſimilãs, & id qd' in curru fert parti obſequẽti aſſimilauit. Hæc qdem ex his ꝟſibus addiſcere poſſunt, hi q monitionũ Pythagoreaꝝ ignari non ſunt, ſcilicet qd' ad exercitiũ ꝟtutis & ſuſceptõem veritatis neceſſe etiã erit dilligentiã & curam habere circa ſplendidũ noſtrũ corpus quod ſapientes ſubtile animi vehiculũ appellarũt. extendit aũt ipa purgatio uſqꝫ cibos & potõnes, omnẽqꝫ dietã huius noſtri mortalis corporis, in quo limpidũ corpus ſupadiacet, non ſentienti corpi vitã iuſpirans, & ipſius concordantiã & armoniã cõtinens. vita enim eſt corpus quoddã ſplendidũ ſine materia, quod vitã hanc materialẽ gignit, p quã noſtrũ mortale animal cõpletur. compoſitũ & vita rõnali, & corpe materiali, q̃d imago quædam eſt hominis cõſtituti ex rõnali exiſtẽtia, & corpe ſplendido, & ſine materia. Quum igit nos homo ſimus. homo aũt ex his conſtet, oportet in omibus purificari & pfici, modumqꝫ ſup qualibet natura ſeruare. nam alia aliã purgat, ut animæ rõnalis quantũ ad ipam rõem ptinet. Purgatio eſt diſciplina, hoc ẽ veritas, quantũ ꝟo ad opiniones cõſulata ꝟtus, nã quũ a natura nobis datũ ſit, vt ſupiora cõſyderemus, & inferiora ordinemus, ad illa ꝟitate, ad hęc ꝟtute ciuili indigebimus, ut reꝝ ꝑpetuaꝝ ſpeculatores, rerũ vero q̃ accidere cõſueuerunt peritiores facti ſimus. In vtriſqꝫ

Digitized by Google

autem legibus diuinis non diſcedentes,ſtulticiæ pro-
cellas fugiamus,qua neceſſe erit purgare noſtram rō-
nabilem ſimul adiunctā exiſtentiā.Sed quum ſplen-
denti corpori & animo noſtro ſimul adiuncto adgeni
tum fuerit,corpus mortale purgare oportebit,& hoc
atq; id ſuis paſſionis liberare.Reſtat igit̃ corporis lim-
pidi & animo adiuncti purificatio quam nos facere ne
ceſſe erit ſacris legibus ſacriſq; artibus inherētes.Cor-
poroſior em̃ quodāmodo hæc purgatio eſt.quoniam
materias omnes & diuerſas attingit,& vndiq; curatu-
ra eſt,vt corpus hoc efficax & animo adiunctū a mate
ria ſeparet̃,& ad æthereū locū aduolat,in quo primā
& ordinatā fœlicitatē recuperabit.nam oīa hoc limpi-
dū corpus attingentia ſi p̃cipue decenter,& nō turbu
lente fiūt,v̄tutis & veritatis legibus cōuenire inueni-
unt̃.Purificatōes em̃ rōnalis animi ꝓuidēt etiā ut ſplē
didum corpus leuius factū ad ſupiora cōuolandū im-
pedimēto nō ſit.Optima aūt eius ſubleuatio eſt,pau-
latim ſe curare a rebus terrenis ſegregatū iri,ac rerꝫ p-
petuarꝫ & earꝫ quæ materia carēt,frequēti cōſuetudi-
ne exercitiū habere,nec non relinquere ſordes qbꝯ iā
pollutū fuerat ꝓpter cōiunctōem quā cū mortali cor-
pore acceperat.p hæc em̃ colligit̃ & quodammō reui-
uiſcit,& Dei poteſtate replet̃,& ꝑfectōi intellectus ani
mi coniungit̃.Quid igit̃ mirꝫ ſi aliqui cibi ad hæc con-
ferant.vel qd mirꝫ,ſi ij q cōſueuerūt ab omnibus re-
bus,quæ mortuæ ſunt,longe eſſe om̄ino abſtinere,&
maxime a voluptatibus,& ab his quæ ad venerē mor-
tale corpus excitant.hæc eſt ꝑfecto prima via ad pur-
gatōem.Quāobrē in optis noſtris p̃ceptis monuimus
quorūdam abſtinentiā,q̃ maiorē & vniuerſaliorē p̃ci-

Digitized by Google

puum primũ intellectũ habebat, & quæ conſequenter hæc ſingularia vetabat, ut animalis vuluam nõ comedes, hoc vero ita ſimpliciter dictũ pceptũ eſt, vt ab vno terreno abſtineamus, & hoc qdem minimo. Si vo ad pfunditatẽ multifici intellectus Pythagoræ inſpexeris, totius rei venereæ, vno eſtibili doceris abſtinẽtiam & ut in cibos illud nõ aſſumemus. Sic in purificatõne limpidi corpis, id quod p illud intelligit exercebimus. Similiter aũt cor nõ comedas pcipue qdem monet ad iracũdiam non ruere. Conſequẽter vero ſuadet, vt ab eſu cordis abſtineamus, & ea rõne quũ dicit, lõge eſſe a mortuis oportere. Conſiderabimus pceptũ hoc non ſolũ monere, ut eſum rer mortuar vitemus, ſed oĩa q mortalis naturæ ſint, nec nõ carnes nõ ſacras & prophanas. Iuſtũ em & cõueniens eſt, ut ex monitõibus optis, & quod extra apparet, & id quod intus intelligit ſeruemus, nam ex cõtinuo pceptũ, ut vba oſtendũtur ſeruat interioris, ac maioris effectus conſiderat. Sic ergo & nũc intelligamus breuibus vbis magnar rerum principia, hunc verſum nobis dare.

VITA INQVIRIT CIBOS, QVORVM MENTIONEM FECIMVS, QVOD IDEM EST, QVOD ESTO LONGE A CORPORIBVS MORTVIS.

C Vm aũt ut omnia vitemus fieri non poteſt, ſubiũxit, quor mentõem fecimus, & quo in loco hoc memorat, oſtẽdit in purificatiõibus, & in liberatõe animi, ut p abſtinentiã cibor diligentẽ curã habeamus, pſpicuitatis currus corporei purgate, & ab impediente materia liberare, cõuenientem. Tali

Digitized by Google

autem ope atq; exercitio rõnale iudiciũ cõſtituit, quod lucidi corpis curã purificatõi animæ cõdecentẽ reddere poteſt. Quãobrẽ aurigã ſententiã, ipm iudiciũ appellauit, tanq̃ ſupeſſe cõſueuerit recte ordinaro currui ſentẽtiã qdẽ, qa rõnalis potẽtia erat, aurigã vo, qa ipa potẽtia corpus complectit & ſupſiſtit, q̃ lumen amore incenſum, in auriga diſpoſuit & ordinauit. Nam & ſi vna ſit anima lumine quaſi reſpicit campum veritatis, & potentia ſimilitudine manus continet, innatum ſibi corpus & ad ſe ipſam conuertit, ut integra Deũ conſpiciat, & diuinam ſimilitudinẽ acquirat. Ac forma totius abſtinentiæ talis eſt, & talia bona promittit. particularia vero in ſacris edictis opte præbita ſunt, quorũ & ſi vnũquodq; particularẽ abſtinentiã docuerit, vt fabarum in leguminibus, mortuoꝶ in animalibꝰ, & horum p ſpeciem, ut in piſcibus rumbum vita, & in terrenis animalibus alio abſtinere iubet, & alio quodã in volatilibꝰ, & tãdem ptes quaſdã animaliũ repudiauit, ut caput nõ comedas, neq; cor, nihilominus in hoꝶ q̃libet pfectionem purificatõis oſtendit, ac ppter quaſdam naturales proprietates, hoc vel illud ad corporis abſtinentiam ordinauit, per quodcunq; autem mortalis affectionis purificationem docuit, & per diuina, ut homo cõſuefaciens in ſeipm verteret, ac locũ generationis & corruptõis relinquẽs ad Elyſium campũ, & liberum æthera tranſmigret. Quum aũt ordinate augmẽtum abſtinentiæ faciendũ eſſe pceperit, ob idipm adadinuicem colata opinione, quorundam contrariari inueniuntur. Nam ſententiæ ab animalibus abſtine, contrarium eſſe videtur. cor vita, niſi quiſpiam cor vita, incipientibus eſſe præceptum dicat, ab animalibus

abſtine,iam finientibus & pfectis.Supuacanea autem partiū phibitio,his qbus totū animal phibet.Quãob⸗ rem diligēter inſpicere oportet,ni pceptis abſtinentiæ augumentatōis ordinē,quem ipſi v̄ſus oſtendūt.Ab ſtine eī̄ inquit,poſtea tanq̄ qſpiam interrogaret,a q⸗ bus: reſpondet quos diximus,& iterꝫ,tanq̄ ad ſecun⸗ dā interrogatōem,qbus in locis hæc Pythagoras di⸗ xit: & qbus in pceptis abſtinentiā quorundā ciborum iuſſerit: ſubiunxit.In purgationibus & in liberatione animi,oſtendens,q purgatōes animæ debent pcede⸗ re,liberatio ſequi.A c rationalis animi purificatio,ſunt diſciplinæ mathematicæ,liberatio prudens rerū omni um aſpectus,qua cauſa ſingulariter id monuit,inqui⸗ ens.In liberatiōe animi qui plurimas mathematicas ar tes complectitur,& continet,his igitur quæ ad purga tionem & liberatōem animi dicta ſunt,neceſſe eſt ſimi lia & conuenientia de ſplendido corpore.Igitur purga tiones p doctrinam factas,& pbatam liberationem ſa cra reductio ſequatur neceſſe erit.Hæc enim proprie purgant & pficiunt ſpirituale vehiculū rationalis ani⸗ mi,ipſumq̄ a materiali morte diuidunt.Parant eī̄ ut purgati ſpiritus apte coniungant.Nam impurū purū cōplecti nefas eſt.Vt igitur animū noſtrū doctrina & virtute ornare decet,ut cum iis quæ ppetua & diuina ſunt,cohabitare poſſit.Sic ſplēdidū corpus purum & ſine materia oportet parare,ut cœleſtiū corporꝫ ſocie⸗ tatem ſortiat.p ſimilitudinē enim ſolent omnia adin⸗ uicem cōiungi.diſſimilitudine vero & ſi ppinqua ſunt diuiduntur.hanc pfectæ philoſophiæ menſuram do⸗ cuit Pythagoras,propriam & cōuenientem,ad totius hominis pfectionem.Is enim qui ſolum animū curat,

Digitized by Google

corpus vero negligit, nõ totum hominẽ purgat. & ecõ
tra, qui purgat corpus ſolum, neglecto animo curari
oportere, vel corporis cultus animo quicꝗ collatũ iri;
ſi ipſe per ſe nihil purgatus fuerit, tantundem peccat.
Qui vero diligenter ꝑ vtrunqꝫ procedit, huic rerum ſa
crarum ſcientiã philoſophia adiungit, quæ ſplendidi
corporis purificatõem efficit, quam ſi ab intellectu phi
loſophi ſepares, non amplius in ea ipſam potentiã in-
uenies. Nam ex his quæ ꝑfectionem noſtrã complent
aliqua philoſophi intellectus inuenit, aliqua ſacrarꝫ re
rum actio philoſophi intellectũ ſequẽs, ſubiunxit. acti
onẽm aũt ſacrarꝫ rerum, appello potentiã purificandi
corpus ſplendidũ, ut totius philoſophiæ inſpectiuum
& conſideratiuũ ſit dux tanꝗ intellectus. Ciuile vero
& practicum, vt potentia ſequatur. At ciuilis philoſo-
phiæ duæ ſunt ſpecies, quarum altera eſt moralis, alte
ra eſt ſacrarꝫ rerum, & illa quidem ꝑ virtutes nos ſtul-
ticia purgat. Hec per ſacra myſteria terrenas cogitatio
nes detruncat. Argumentũ autẽ non paruũ & demon
ſtratio ciuilis philoſophiæ ſunt leges cõmunes, ac alte
rius philoſophiæ argumentũ & demonſtratio ſunt ſa-
cra ciuitatũ. & eſt ꝗdem ſummũ totius philoſophiæ in
ſpectiuus intellectus, mediũ vero ciuilis, tertiũ rerum
ſacrarꝫ, ac primũ ad cætera duo ſimilitudinẽ oculi, &
id quod ſequiť ſimilitudinẽ manus & pedis ꝑtines, ꝗ
omnia ita ſunt adinuicem ſimul ordinata & coniũcta,
ut quodcunqꝫ horꝫ ſine aliorꝫ auxilio remaneat, ſit im
ꝑfectum. Quamobrem ſcientiã veritatis, inuentricẽ,
& potẽtiã ꝗ ꝟtutẽ miniſtrat, & puritatẽ in vnã cõiun-
tõem cõuenire oportebit, ut ciuile opus intellectui, ꝗ
rerꝫ oĩm dux eſt cõſonũ & cõueniẽs ꝑficiať, & his am-

bobus opus adiunctum appareat.finis Pythagoricæ diſciplinæ hic eſt,ad diuinoꝝ bonoꝝ acquiſitõem pfecti omnino & volatiles efficiamur,ut qñ mouendi tẽpus aduenerit relinquẽtes in terris mortale corpus,& eius naturã deponẽtes.Athletæ certaminum philoſophiæ accincti,leueſq; ad cœleſtẽ ſedem pueniamus. Tũc eñ & primũ & antiquũ ſtatũ,nobis reddi & quãtum hoĩ poſſibile eſt,deos fieri,ſequẽtes ꝟſus docẽt.

SI CORPVS RELIQVERIS,ET PVRIFICATVS AD AETHERA VENERIS,ERIS IMMORTALIS DEVS,INCORRVPTIBILIS, NON AMPLIVS MORTALIS. HIC FINIS LABORVM OPTIMVS.

h Oc ut Plato dicit,certamẽ magnũ & ſpes magna,hic pfectiſſimus philoſophiæ fructus. hic charitatis & ſacræ religionis opus maximũ.Nam q p hæc,q̃ ſupius dicta ſunt,pergunt.vere bonis vniunť,atq; a laboribus huius terrenæ vitæ,tanq̃ ab aliqua ſubterranea ſpelunca liberanť,& ad æthereos ſplendores adducunť,& beatis inſulis collocantur.his theſaurus p̃mium reſeruať,quoniam nefas eſt quempiã ad genus Deoꝝ accedere,niſi illũ qui animo veritatẽ acqſiuerit & ꝟtutem,& in ſpirituali ipſius vehiculo puritatẽ.Sic eñ ſanus atq; integer ipſe animus factus ad primi habitus ſpeciem reſtituiť p rectaꝝ ſentẽtiaꝝ vnitatẽ,ſeipſo fruens,& totum diuum ornamentũ recognoſcens,& opificem huius totius inueniens, ſic poſt purificatõem,quantũ poſſibile eſt,ut ſemper ſunt ij qui in generatõem naturaliter non incidunt,ad

Digitized by Google

ipſm deum reducit.corpus vero congenitũ habens lo
co eget.quem inquirit ex ordine in aſtris tanq̃ ſedem.
Conueniens quidem ex hinc tali corpori locus,ſub lu
na ꝑpinquus.Nam & terrena corpora ſuperat,& a cœ
leſtibus ſuperat,quem locũ Pythagorei æthera liberũ
appellant,æthera quia locus eſt ſine materia,& ꝑpetu
um liberũ,qa terrenis paſſionibus purgatũ & ſolutum
eſt.Quid igit quum illuc aduenerit fiet?an hoc quod
dicit?Eris immortalis Deus,illis ſimilis factus dijs,q̃-
rum mentiõem in principio fecimus.non natura deus
immortalis.quomodo enim quicq̃ ſub aliquo tempo
re proficiens,& ad virtutem,& ad ſanctimoniam ex
talibus externis ſuperaddens,ad idem vnq̃ firmare-
tur.Oſtendit autem hoc ſuperadditio.Eris (inquit) im
mortalis Deus,& ſupadiunxit,incorruptibilis,nõ am
plius mortalis,ut per mortalis amotõnem,nos in De-
os verti intelligatur,tanquã id nobis non per naturam
inſit,nec per exiſtentiam,ſed ex doctrina & augumen
to,tanq̃ hoc ſit aliud deorum genus.immortales qui
dem fiunt aſcendendo.mortales vero deſcendendo.
quiq̃ ex neceſſitate claris heroibus minores ſunt.nam
ij ſemper deum intelligunt.Illi ad ignorantiam ipſius
quandoq̃ incidunt.Tertium enim genus,etiam ad vl
timam eius pfectionẽ veniat,neq̃ pars medij fit,neq̃
primo æquatur,ſed tertium exiſtens aſſimilatur pri-
mo generi.Similitudo enim quæ in hominibus p ha-
bitum eſt ad cœleſtes deos heroibus.& medio generi
perfectius ineſt ac magis propinque.& ſic communis
& vna oĩm rõe vtentiũ perfectio eſſe videt,ſimilitudo
ſcilicet ad opificẽ deũ,q̃ ſp & ęque ineſt cœleſtibꝰ dijs
ac dijs æthereis firmis ſolũ ſp nõ æque,ijs vero qui ab

æthere ad terrena quãdoq; decidere ſolent, neq; ſemꝑ neq; æque. Recte quidem quiſpiam dicet, primam cœleſtium ſimilitudinem ad opificem Deum optimam eſſe, ſi eam ad ſecundam & tertiam comparaueris, aut ſi ſecundam ad tertiã, recte dicet. Non enim intendimus ſolum, ut opifici Deo ſimiles efficiamur, ſed ſecũdum ſtatutam normam, aut optimam ſimilitudinem, aut mediam conſequamur. Quas ſi ſortiri non poſſemus, eam conſequi contenti ſimus, quam ex noſtra natura nobis conceſſum eſt, & ꝑfectiõe virtutis in hoc fruamur, menſuram ſcilicet & modum exiſtentiæ noſtræ non ignorare, neq; ægreferre. ſumma enim eſt virtus prouidentiæ leges imitari per quas omnia ſecũdũ propriam vim, conuenienti ſibi bono adiungitur, & conſiſtere in terminis ab opifice Deo ſtatutis, quibus omnia per ſpeciem diſcreta ſunt. Talem ſententiã verſibus Pythagoræ dedimus, quę in ſe continet Pythagoreorũ preceptorum moderatã compilatõem. Oportebat enim neq; in metrorum breuitate, orationem noſtram conſiſtere (ſic enim multa ex ijs quæ præcepit latuiſſent) neq; illam in totius philoſophiæ longitudinẽ protrahere. Maius enim hoc erat, q̃ ad preſentem orationem ꝑtinebat, ſed medium ad horum intelligentiam, quantũ poſſibile fuit, ſecuti ſumus. id ſolum in ipſis explanantes, quod oĩno ipſorum præceptoꝵ declarationi, cõuenire videbatur. nihil autẽ aliud hi verſus ſunt, q̃ forma quædam & imago ꝑfectiſſima philoſophiæ, & per capita q̃dam ipſius præceptoꝵ abbreuiatio & inſtitutio quædam ex doctrina oſtendens poſteris per obſeruatõem legis diuinæ, aſcenſum ad cœlos patere. Quæ omnia, certe appellare poſſes optimã

cognitōem nobilitatis humanæ. At non vnius Pythagorici eſt inuentū, ſed totius ſacrilegīj, & ut ipſi dicūt, totius ſocietatis communis ſententia. Quamobrē lex erat in mane ipſos ſurgentes, & item ſero quū ad ſomnum ituri erant, tales uerſus vno legente, vt leges Pythagoricas audire, ut talis curæ frequētatio viuentia in ipſis præcepta oſtenderet. Quod ut & nos faciamus, iuſtum & vtile erit, vt ipſorum vtilitatem cōſequamur & ꝙuis tarde, eam tamen acquiramus.

FINIS

Duce virtute & comite fortuna.

HIEROCLIS PHILOSOPHI STOICI ET SANCTISSIMI IN AVREOS VERSVS PYTHAGORAE OPVSCVLVM PRAESTANTISSIMVM ET RELIGIONI CHRISTIANAE CONSENTANEVM COMPLETVM

Argentorat. In Aedibus Mathiæ Schurerīj IX. Kal. Martias.
Anno M. D. XI.

Digitized by Google

SYMBOLA PYTHAGORAE PHILOSOPHI.

Cum veneris ad templum adora, neq; aliqd interim, qd' ad victũ ptineat, aut dicas, aut agas. Ex itinere pter ꝓpoſitum non eſt ingrediendũ in templũ, neq; orandum, neq; etiam ſi ꝓpe veſtibulũ ipſum tranſiueris. Nudis pedibus ſacrifica, & adora. Populares vias fuge, p diuerticula vade. Ab eo, quod nigrã caudã habet abſtine, terreſtriũ eñ deorũ eſt. Linguam in primis coherce deum imitans. Flantibus ventis Echon adora. Ignem gladio ne ſcalpas.

Omne acutum abſte dimoue. Viro qui pondus eleuat auxiliare, non tamen cũ eo deponas, qui deponit. In calceos dextrũ pmitte pedem, in lauacrũ vero ſiniſtrum. De rebus diuinis abſq; numine ne loquaris. Iugum ne tranſilias. Stateram ne tranſilias. Cum domo diſceſſeris, ne reuertaris, furię eñ congredient. Ad ſolem verſus ne mingas. Ad ſolem verſus ne loquaris. Oleo ſedem ne abſtergas. Gallum nutrias qdem, ne tamen ſacrifices, ſoli eñ lunę dicatus eſt. Sup modiũ ne ſedeas. Animalia recuruis vnguibus ne nutrias. In via ne ſcindas. Anulum ne feras. Dei figurã ne inſculpas anulo. Ad lucernæ lumẽ ne te ſpeculo contempleris. De dijs rebuſq; diuinis, nihil tam mirabile dicitur, quod non debeas credere. Riſu effuſo abſtine.

Iuxta ſacrificiũ ne incidas vngues. Dextram ne ad omnia facile inijcias. Stramentis ſurgẽs colli ge ipſa, figuramq; confunde. Cor ne vores. Ce

rebrum ne edas. Capillorũ & vnguium ſupfluitates, poſtq̃ abſcideris, peſſunda. Rubrum aliquid ne ſuſcipias. Ollæ veſtigium in cinere confunde.

Aurum habenti ne hæreas in filiorum generatõe.

Honora in primis figuram, & aram, figuram ac p̃cium denariorũ trium. Fabis abſtine. Herbam molochinam ſere, ne tamen edas. Hirundinẽ domi ne recipias. Ab animalibus abſtine. Fugare decet omni ſtudio, vniuerſiſq; machinamẽtis, ferroq; ac igne abſcidere a corpore, morbum. a victu, luxum. ab animo, ignorantiã. domo, diſcordiam. ciuitate ſeditionem. ab omnibus deniq;, intemperantiam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google